

V C
747

1, 32.



I, 32.

Ca
nu
gen
con
int
ad

Caspar Sagittarius hocce Compendium
nutu Bernardi Ducis Saxo-Meinun-
gensis, in usum filiorum principis,
confecit, quod postea medio cursu
interceptam, et, ob causas incognitas,
ad umbilicum perductum non est.

Nachricht von Irms Compendio
Hist. Sax. s. in dem Danneburg
Anzeiger Nachrichten zu Ostf.
sehen Gesichts 1. Band D.
341. ff. 2. Band III. Band D.
377. ff.


D. Franz Dominicus Gabelin
abtrunischer Nachricht von dem
Abtrunischer 3. D. Cass.
Sagittarii Compendii Histor.
Saxonicae s. in dem 9. Band
der von Joh. Chr. Gatterer
herausgegebenen allg. Histor. Bi.
sächs. Bibliothek D. 241. bis
D. 279.

D. Franz Dominicus Gabelin
Christen vornehmsten Inhalts aus der Geschichte und
dem teutschen Staatsrechte. Tittel Buch. Gohlstedt
1778. 8/4 bi No. 8. artenmäßige Nachricht von
der Unterordnung des D. Casparis Sagittarii
Compendii historiae Saxonicae.

CO
HI
S

Apuc
AN

I. N. J.
COMPENDIUM
HISTORIAE
SAXONICÆ.



CYGNÆ,

Apud Johann. Schmidium,

ANNO M. DC. LXXXVII,

COMPTON
HISTORIA
SAXONICA

BIBLIOTHECA
PONICKAVIANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE
(SAALE)



H
ANT
ELEC
VSC
I



cum
Saxo
dispi
§





COMPENDIUM
HISTORIAE
SAXONICAE.
PARS I.

DE
ANTIQUIS DUCIBVS AC
ELECTORIBVS SAXONIAE
VSQVE AD FRIDERICVM
I. BELLICOSVM.

§. I.

Historiam Saxoniam
per epitomam tra-
dere, hoc est, de an-
tiquorum pariter ac
recentiorum Du-
cum, nec minus de Electorum
Saxoniae rebus gestis summam
dispicere animus est.

§. II. Quæ igitur alii de origi-
ni-

nibus populi ac nominis Saxo-
nici, de priscis Saxonum sedi-
bus, migrationibus, bellis, mo-
ribus disputant, dedita opera
prætermittimus

§. III. Quod ad veterum Sa-
xonum regnum attinet, vulgata
est sententia, id ipsum fuisse mo-
narchicum: ac circumferuntur
quoque Regum Saxonorum
nomina, quorum ultimus ha-
betur

V V I T I K I N D V S

a Carolo Magno post gravissi-
ma bella conversus.

§. IV. Verum si in hos Reges
accuratiori studio inquirimus,
in sinceris veterum scriptorum
monumentis nihil de illis repe-
rimus. Imo quia in historia
Caroli M. quæ tamen cura non
vulgari ab Eginharto, Engolis-
mensi & San-Gallensi mona-
chis, aliisque Annalium Fran-
corum auctoribus perscripta,
nullius Regis Saxonici fit men-
sio

HABVERINT REGES. 3
tio credibile est, pleraque de
his quæ Regibus, eorumque re-
gio afferuntur imperio, fabulis
accensenda esse.

§. V. Germanis veteribus, C.
Julii Cæsaris & sequentium Im-
peratorum Romanorum ævo,
duplex erat magistratus: Civilis
unus, alter Bellicus.

§. VI. Civilem magistratum
qui obirent, a toto populo ex
Nobilibus eligebantur: quorum
munus erat in suis quæcumque pa-
gis vicisque jus dicere.

§. VII. Hos Principes togatos
Germani veteres Graven ap-
pellabant: forte ab ætate senili, &
veneranda canitie: quod ple-
rumque huic magistratui præfi-
cerentur seniores (grave Sau-
pter) qui prudentia & auctori-
tate præ ceteris essent conspicui.

§. VIII. Bellicus Magistratus
bello imminente a pluribus pa-
gis unus deligebatur, quæ Ro-

A 2

mani

4 ANTIQVI SAXONIAE DVCES.

mani Ducein, Germani veteres
procul dubio Hertog vel Her-
zog a ducendis copiis dixerunt.

§. IX. Ceterum fuisse in Saxo-
nia jam ævo Carolingico poten-
tiores Duces, omni caret du-
bio, ac luculenter illud docuit
Henricus Meibomius singulari
commentatiuncula, quæ inscri-
bitur: *Demonstratio Saxoniam e-
tiam ante Billingum suos habuisse
Duces.*

§. X. Ex his fuere LV DOL-
PHVS, ejusdemque filii, BRV-
NO, DANCKVVERTVS,
OTTO, ac OTTONI na-
tus HENRICVS *Auceps*, ad
regni Germanici fastigium sub-
latus, ejusdemque filius et suc-
cessor OTTO *Magnus*: de qui-
bus sigillatim egi *Historiæ Barde-
vicensis cap. IV. §. VIII. seqq*

§. XI. Veruntamen Otto Cæ-
sar seiplum Ducatu Saxoniam ex-
965. uens, anno MCCCCLXV. no-
vum

ANTIQUI SAXONIÆ DUCES. S
vum creavit. Ducein HER-
MANNVM BILLINGVM,
non agricolæ, nec pauperis, ex
ordine equeſtri hominis, ſed
Saxonici Dynaſtæ filium: cui
BENNO gnatus, BERN-
HARDVS nepos, ORDVL-
PHVS pronepos, MAGNVS
abnepos, ſerie non interrupta
ſucceſſerunt. De ſingulis quia in
Bardeuvicenſi Hiſtoria cap. V. diſſe-
ruimus, non eſt, cur ea huc
transcribamus.

§. XII. Cum MAGNVS
maſcula prole deſtitutus anno
CICCVI. vita excederet, Henrici 1106.
V. Cæſaris beneficio Ducatum
Saxonix accepit LVDERVS,
ſive LOTHARIVS, Sup-
plenburgenſis Comes, qui in Ger-
mania Regem electus, genero
ſuo HENRICO *Superbo*, Ba-
varix Duci, maternum genus
ad Billinganam familiam refe-
renti (nam mater Henrici V Vulf-
hil-

16 ALBERTVS VRSVS:
hilda Magni Ducis erat filia)
Ducatum Saxoniae contulit an-
1134. no clxxxiv.

§. XIII. Ab excessu Lotharii
Conradus III: Imperator Hen-
rici *Superbi* potentiae invi-
dens, eundem Ducatu Saxoniae
privat: quem ALBERTO
Vrso, Marchioni Soltwedelensi,
Otonis Comitis de Ballenstet
ex Edica altera Magni filia nato
committit: quem tamen cum
Henricus possessione deturbas-
set, vita paulo post defunctus,
Saxoniae Ducatum HENRICO
LEONI filio transmisit.

§. XIV. Itaque HENRICVS
LEO non modo Saxoniae Du-
catum obtinens, sed et Bavari-
cum, excepta Austria, recupe-
rans, ac porro Slavos Saxoniae
finitimos undiquaque subi-
gens, summæ potentiae Prin-
ceps fuit.

§. XV. Hac fortuna cum, ut
retur

7
retu
pro
gra
ex
ptu
ere
mi
dit
us
D
ber
est
im
pus
W
nu
ha
nic
L
dic
sw
pe
Fri

7 HENRICVS LEO.

retur paulo immoderatus, ac propterea Friderici I. Cæsaris gravem contraheret offensam, ex iudicio Principum proscriptus, ac uterque Ducatus eidem ereptus est anno cxcclxxx. nec 1180. minus Saxonix Palatinatu excidit, quo Hermannus Landgravius Thuringix ornatus est.

§. XVI. Tunc BERNHARDVS, Anhaltinus Comes, Alberti *Vrsi* filius, Saxonix auctus est Ducatu non parum tamen imminuto. Nimirum Philippus, Coloniensis Archiepiscopus Westphalicam portionem obtinuit: cuius solus titulus Bernhardi posteris stemmatis Ascanio-Saxonici mansit.

§. XVII. Præterea Henricus Leo ex communi quasi incendio servavit patrimonium Brunswicense ac Lunenburgense, in peculiarem postea Ducatum a Friderico II. Imperatore conver-

A 4

sum

§ HISTORIA BERNHARDI

sum, ac Ottoni, qui Leonis ex filio
Wilhelmo nepos erat, attributū.

§. XVIII. Bernhardum illum
ferti rutacei insignibus ex Fride-
rici I. Cæsaris beneficio, primo u-
sum, Krantziū verbis docuimus
Historie Barde vicensis cap. v. §. xli.
ac denuo ejus reimmeminit Kran-
tzius *Saxon. lib. viii. cap. xxviii.*

§. XIX. Idem Bernhardus Er-
thenoburgo, quod nunc corru-
pte Atlenburgum dicitur destru-
cto, Lauenburgum condi-
dit: quæ primaria Ducalis famili-
æ sedes fuit, cum posteri Electo-
ralis linæ V Vittebergam pro
regia elegissent: quam Bernhar-
dum moenibus cinxisse, ac arcem
dilataste volunt.

1212. §. XX. Cum Henricus VI. Fride-
rici I. filius regnum Germaniæ
facere vellet hæreditarium, præ-
ceteris eidem obstitit Bernhar-
dus. Decessit anno ccccxii. ex
prima uxore *Jutha* Canuti Da-
niæ

ALBERTVS I. 9

niae Regis filia duos relinqvens
filios : ALBERTVM, anti-
quæ Electoralis lineæ condito-
rem, & *Henricum Seniore*, a quo
Anhaltini Principes descen-
dunt. Ex altera uxore *Sophia*,
Ludovici *Ferrei*, Thuringiæ
Landgravii filia natus est *Henri-
cus Junior*, cognomento *Pinguis*,
cujus progenies in filiis defecit.

S. XXI. ALBERTVS I. in au-
la Friderici II. Imp. educatus, ad
preces Volqvini Episcopi in Li-
vonia militavit anno ccccxxiii. 1223.

Postea in expeditione sacra Fri-
derici II. præsertim quando Da-
miata in Ægypto reciperetur,
fortiter se gessit. A felici reditu
inmixtus Danico contra Hen-
ricum Comitem Sverinensem
bello, captusque Lauenburgi tra-
ditione libertatem redemit. Al-
bertus noster primus cum Im-
perii Officialibus Imperatorem
elegit, nondum autem sub cha-

A 5 ra

radere scripto, aut per publicas
septemviralis electionis tabulas
definito iure.

§. XXII. Vxor Alberto erat
Helena, Ottonis IV. Imp. filia,
quæ Franciscanorum cœnobi-
um, quod nunc in alios muta-
tum usus, V Vittebergæ condi-
dit anno c^o c^o c^o xxxviii. ac post
1238. 7260. maritum, qui anno c^o c^o l^o de-
1273 cessit, anno c^o c^o l^o xxiii. mortua,
in isto templo sepulchrum ac
Epitaphium accepit.

§. XXIII. Ex ea nati sunt AL-
BERTVS II. successor Patris in
Electoralis dignitate. *Johannes I.*
a quo Lauenburgicæ familiæ
descendunt Duces. *Fridericus*, E-
piscopus Mersburgensis. *Rudol-*
phus, ex Anna Ludovici Electro-
ris Palatini ad Rhenum filia pa-
ter aliquot liberorum. *Krantzi-*
us quidem *Saxonie. lib vni. cap.*
xxix. *Ottonem* quoque filium re-
cenlet, qui ex *Lofia* Regis Dal-
ma-

matiaē filia nullos reliquerit liberos. At iste ab aliis inter Alberti I. filios refertur. *Elisabetha* Alberti I. filia Conrado ultimo Rochlicii & Brēacomi nupsit, mortuoq; marito per indulgentiam Rudolphi Cæsaris Comitatum *Brene* Rudolpho I. fratris Alberti II. filio dedit;

§. XXIV. ALBERTVS II. superioris Saxoniae Ducatum cum Electorali dignitate a Patre accepit. Bellum illi fuit cum Gunthero Comite de Svalenberg, Archiepiscopo Magdeburgensi: in quo ad oppidum Aken in ripa Albis victus est; quod brevibus describit *Krantzius Saxonie lib. viii. cap. xxxi.* Interfuit electioni Rudolphi Habsburgici, cuius gener factus *Palatinatum* ut & *Burggraviatum Saxonie*, distinctas a Ducatu dignitates accepit. Ex Epitaphio Alberti constat, ipsum vita functum anno 1297. ccccxcvii. eoqve refelluntur, qui sequenti anno in solennibus

coronationis Alberti Imp. turba
populi obtritum volunt: nec mi-
nus, qui eius obitum in sequens
seculum referunt.

§. XXV. Agnes *inclita* ac
præcordialissima Alberti *uxor* (quod
elogium ipsi in diplomate quo-
dam tribuit maritus) peperit
RVDOLPHVM I. *Albertum*, E-
piscopum Passaviensem, *Lude-*
rum, *Venceslaum*, anno cto ccc-
xxvii. mortuum &, ut antea di-
ximus, *Ottonem*, *Luciæ* Dalma-
ticæ maritum. An hic Otto, sit
Dux ac Elector Saxonie, ab Hen-
rico Rosla memoratus: quem
Meibomius in *Notis ad Herlings-*
bergam pag. xxxii. ignorat, ampli-
us erit inquirendum.

§. XXVI. RVDOLPHVS I.
Saxonix Dux ac Elector, qui
primus titulo usus *Sacri Imperis*
Archimarschalci, paterni belli reli-
quias persecutus, Magdebur-
gensibus ad oppidum Borkau

VI-

viſtis demum pacem fecit. Eundem anno c13 cccxiii. exau- 1313.
 ſtoratis Comitibus a Schrapela, *Burggraviū Magdeburgen-*
ſem factum perhibent. Atque is Burggraviatus in manibus Sa-
 xonum aliquamdiu manſit, donec civitati oppignoratus, anno
 demum c13 cccxxxix. a Johanne Friderico Electore redemptus E-
 leſtorali ſaſtigio reſtitueretur.

§. XXVII. Anno c13 ccccxiv. 1314.
 Ludovicus Bavarus in Regem Germaniæ electus fuit: non ta-
 men a Rudolpho noſtro, ſed a *Johanne*, uti vocatur, *Seniore*:
 quem Johannem iv. fuiſſe Sigismundus a Birken Speculi Au-
 ſtriaci lib. iii. cap. ii. oſtendit. Idem quoque Rudolphum noſtrum
 contra Ludovicum in electionem Friderici auſtriaci conſenſiſſe
 demonſtrat: quantumvis illud neget Georgius Hervvartus,
 Cancellarius Bavaricus in *Ludovi-*

co IV. Imp. contra Byzovium defenso.

1322. §. XXVIII. Circa hæc tempora (nonnulli ponunt annum cio cccxxii.) *Waldemar* II. Marchio ac Elector Brandenburgicus, paucisque diebus post ejusdem frater *Johannes* improles obierunt. Hanc hæreditatem non modo *Albertus Junior*, Princeps Anhaltinus, sed & *Rudolphus* noster sibi deberi contendebant. Quandoquidem autem *Ludovicus Cæsar* Marchiam cum Electoratu conferret *Ludovico* filio suo, indigne id ferens *Rudolphus*, Marchiam invadens, *Frankfurtum* obsedit: sed a novo Marchione repulsus, ac Cæsari demum reconciliatus Marchionatum *Landsbergen-*sem in veteri Marchia obtinuit.

§. XXIX. *Clementis* VI. Papæ instinctu, *Rudolphus*, una cum Collegarum nonnullis *Ludovico* Cæsari excommunicato Ca-
ro-

rolum IV. opposuit anno cio ccc. 1346.
 XLVI. cui hoc & aliis nominibus
 fuit acceptissimus: præsertim
 cum ab obitu Ludovici, Ericus
 Dux Saxo-Lauenburgicus Ele-
 ctorale jus ad se pertinere asse-
 rens, Guntherum Comitem
 Svartzburgicum, veneno bre-
 vie extinctum, cum aliis Electo-
 ribus eligeret.

§. XXX. Rudolphus tandem
 senio gravis fato concessit anno
 cio ccclvi. in Franciscanorum ^{1356.}
 templo V Vittebergen si sepul-
 chrum nactus.

§. XXXI. Prima ei conjux fuit
Jutta, Ottonis Longi, Brande-
 gurgensis Marchionis filia, anno
 cio ccxxviii. mortua, mater *Al-*
berti, Ottonis, Johannis & Rudolphi,
Albertus anno cio cccxxix. de-
 cessit. De *Ottone* ejusdemque fi-
 lio *Alberto* sub *Rudolpho II. & Ven-*
ceslao agemus. *Johannem*, quem
 tamen matris Epitaphium me-
 morat, plerique tacent. Al-

Alteri uxori *Kunigunda, filia Regis Cracovia* (sic habetur in Epitaphio V Vittebergensi) quæ anno ciccxxxii. obiit. Spenerus in *Sylloge Genealogico-Historica*, filium assignat *Mesiconem*: cui uxor *Eudoxia*, sed nulli liberi, emortualis annus cicccl.

Tertia conjux *Hagne* (Agnes) quæ *Comitis de Lindau* soror appellatur in Epitaphio V Vittebergensi, anno ciccxlvi. obdormiuit, ac præter *Venceslaum*, post *Electorem*, & *Vilhelmum* anno ciccclxix. extinctum, tres filias habuit: *Beatricem*, *Alberto Juniori*, *Elisabetham*, V *Voldevaro*, *Agnetem* *Bernhardo II.* Principibus *Anhaltinis* nuptas.

§. XXXII. RVDOLPHVS II.

Rudolphi I. filius, adolescens sub *Philippo Pulchro* contra *Anglos* in *Gallia* militauit. Anno 1360 ciccclx. V Vittebergæ templi iuxta arcem cathedralis fundamentum

me
fac
ru
O
cc
sep
isse
ca
bu
LX
Al
Ca
Lu
a
sv
To
m
ux
nu
te
V
di
de
c

menta jecit, exstructo primum
 sacello, ac constituto Canonico-
 rum collegio.

§. XXXIII. Cum frater ejus
 Otto, qui ante Patrem anno cio-
 cccl. V Vittebergæ decessit, ac
 sepultus est, conjugem habu-
 isset *Elisabetham* (aliu *Agnetem* vo-
 cant) V Vilhelmi, ultimi Lune-
 burgensis Ducis anno cioccc-
 lxviii. defuncti filiam, & ex ea
Albertum filium reliquisset, hic
 Caroli iv. beneficio Ducatum
 Luneburgensem impetravit. Qui
 a vero Ludovicus, Dux Brun-
 svicensis, Magni filius, Magni
Torqvati frater, alteram V Vilhel-
 mi filiam *Mechtildam* habuerat
 uxorem, ac porro a socero re-
 nunciatus erat hæres; Torqva-
 tu, supra cognationem qua
 V Vilhelmum attingebat, hære-
 ditatem fratris anno cioccc lxviii.
 demortui sibi vendicabat. Sunt
 etiam, qui ipsam Torqvatum a
 V Vil-

V Vilhelmo deinum hæredem scriptum referant. Quod autem & Albertus Ottonis filius a V Vilhelmo avo aliquando scriptus esset hæres, ac præterea Carolinum pro se haberet decretum, gravissimum inter Saxoniarum Duces ac Magnum Torqvatum emerfit bellum, quo Albertus Ducatu Luneburgensi ac ipsa Luneburgopotitus est anno cccccxxi. Id quomodo gestum, ac Magnus Luneburgum noctu occupatam virtute civium sequenti die amiserit, pluribus exponit Kranzius *libro IX. Saxoniarum cap. xxxviii.*

§. XXXIV. Interea Rudolphus II. V Vittebergæ decessit anno cccccxx. ceu habet Epitaphium V Vittebergense: ut mirer scriptum pinnae turris in arce V Vittebergensi anno cccclviii. inclusum, quod Sennertus in *Inscriptionibus V Vittebergensibus libro I. cap. III.* exhibet, præferre annum cccccxxxv. Idem porro scri-

1370

ptu
affi
Lar
qua
fuit
rat
mo
Gen
& E
S
te i
CE
veb
qv
cen
des
ter
ritu
ne
qv
ad
dea
vi.
lin
sa
ta

ptum conjugem Rudolpho II.
assignat *Annam*, Balthasaris
Landgravii Thuringiæ filiam
quæ tamen Rudolphi III. uxor
fuit. Nam Rudolpho II. nupta e-
rat *Elisabetha* anno c^o ccclxxiii.
mortua: quam *Tabingenses Tabula*
Genealogice Comitis Rupinensis
& Lindauviensis filiam faciunt.

§. XXXV. Rudolpho II. utpo-
te improbi successit frater VVEN-
CESLAVS. Ejus ævo adhuc fer-
vebat bellum Lunenburgense: in
quo *Albertus* Ottonis filius, ar-
cem *Rickeling* Nobilium de Man-
deslo oppugnans, laxo ictus in-
terit anno c^o ccclxxiii. Mo-
riturus suis præcepisse dicitur
ne nisi arce expugnata abirent:
qui præceptum secuti obsessos
ad deditiōem compulerunt. Vi-
deatur *Krantzius lib. X. Saxonie cap.*
vi. At enim ex monumento *Rick-*
lingæ erecto colligas, ab hoc ca-
su *Alberti* obsidionem fuisse solu-
tam. Inscriptio dicti monumen-

1383.

ti ex saxo structi, iussuque Serenissimi Ducis Brunsvico Luneburgensis Friderici Ulrici Patrum nostrum memoria renovati ita habet.

Anno 1383 vertein Nacht na Passen/da rügen de von Lüneborg mit drem Herrn/ Hertogen Albrecht to Sassen/vor to Borg to Ricklinge/ope de von Mandelse/dar so wart Hertoge Albrecht geworpen mit einer Blyen/dar se affrogen/ unde Hertoge Albrecht de starff darvan. In altera facie monumenti hæc incisa sunt verba: Hertoge Albert von Sassen/ von Lüneborg / unde erste Corvörste/ unde erste Erzmarschalck des Römischen Rikes/ bede vorhem. Quæ tamen censuram merentur.

§. XXXVI. Tandem bellum hoc Saxonico - Luneburgense per matrimonium Friderici & Bernhardi filiorum Magni Torqvati cum filiabus V Venceslai
1386. anno cccclxxxvi. est compositum.
§. XXXVII.

§. XXXVII. Nata tamen aliquot annis post inter locerum ac generos diffidia in novum bellum eruperunt: ac VVenceslavam quidem in oppugnatione arcis Cellensis lethali vulnere anno *MDCCCLXXXVIII.* percussam, scribit Albicius, quem procul dubio sequitur Spenerus: ac ille Luneburgi ad S. Michaelem sepultum addit. Verum Krantzius in dicta obsidione sublatum refert anno *MDCCXC.* Quicquid sit de genere mortis, ea demum incidit in annum *MDCCCII.* nec ¹⁴⁰² Luneburgi, sed, quod ex Epitaphio colligitur, VVittebergæ in templo Franciscanorum humatus est. Post excessum autem VVenceslai Luneburgensem Ducatum receperunt Torqvati filii. Diplomata Wenceslai, quorum unum in Dissertatione *de Vitricis Ecclesie* edidit Cl. Schurtz-Aeischius, sequentem præferunt
 titu-

titulum: *Venceslaus Dei gratia An-*
gria, Westphalia, Saxonie & Lune-
burgi Dux, Comes Palatinus Saxonie,
Comes Brenensis, Burggravius Mag-
deburgensis, ac Sacri Rom. Imperii
Archimareschallus.

§. XXXVIII. Vxorem V Ven-
ceslaus habuit Cæciliam, Fran-
cisci Carrariensis, Vicarii Imperia-
lis in Padua (quomodo in Epita-
phio Cæciliæ vocatur) filiam, quæ
vidua usque ad annum ccccc-
xxix. superstes, sub prophyeti-
co marmore in templo Franci-
scanorum V Vittebergæ sepulta
est. Ex hac præter *Annam & Mar-*
garetam, Magni Torqvati filius
nuptas, quarum prior post obi-
tum mariti nupsit Balthasari
Landgravio Thuringiæ, nati
RVDOLPHVS III. & ALBERTVS E-
lectores, *Venceslaus*, Episcopus
Magdeburgensis, *Ericus & Vil-*
helmus, brevis ævi Principes.

§. XXXIX. RVDOLPHVS III
VVEN-

V Venceslai filius, gravitate & prudentia insignis Princeps cum Gunthero Archiepiscopo Magdeburgensi bellum gessit. Cum *Fridericus* Brunsvvicensis, Torqvati filius, noviter electus Rex Germaniæ ab electione rediens ad Fritzlariam occideretur anno **ccccc.** Rudolphus noster, qui in eius comitatu erat, vulneratus atque captus est. Postea *Rupertus* Palatini, ac deinceps *Sigismundi* electioni interfuit. Et ab hoc quidem ad componendos motus in Bohemiam missus, in itinere decessit anno **ccccccxix.** 1419, ac V Vittebergæ conditus est.

§. XL. Amissa anno **ccccxcv.** priori conjugē *Anna*, Balthasaris Thuringiæ Landgravii filia sterili, duxit *Barbaram* Ludovico Duce Lignicensi natam, matrem *Barbaræ*, quæ *Johanni* Alchymistæ, Marchioni Brandeburgensi iuncta. Filios Rudolphus non reliquit

liquit. Nam quos habuit tres, *Rudolphus*, *Venceslaus* & *Sigismundus*, ante ipsum mortui: & duos quidem turris ruina in arce Lochaviensi (*Sveiniciam* vocat Spenerus) oppressit & exstinxit: quod tangit Paulus Langius in *Chronico Citizensi* ad annum *ccccxix.* qui Patrem *V Vittebergæ* obiisse scribit.

§. XLI. Successit igitur Rudolpho frater ALBERTVS III. ob fraterna bella ad incitas prope redactus. Tum vero penes illum non diuturna fuit dignitatis possessio. Nam cum anno *ccccxxii.* in saltu Loccaviensi veneretur, & cum uxore *Offega*, filia *Conradi Ducis Oelsensis* in *Silesia* (*V Vittebergense* scriptum *pinnæ turris* inclusum ex ea facit *Ducis Aureliani* filiam) in casa rustica divertisset, orto incendio perterrefactus, intra paucos dies exspiravit. Historiam præter ali-

alios
us S
berg
rum
dem
pita
XXI
BI
E

ALBERTVS III. 25

alios recenset Albertus Krantzi-
us *Saxonie lib. XI. cap. VII.* V Vitte-
bergæ in templo Franciscano-
rum terræ fuit mandatus, ibi-
demque sequens ei scriptum e-
pitaphium. ANNO MCCCC-
XXII. MORTVVS EST AL-
BERTVS DVX SAXONIÆ
ELECTOR IN FAMI-
LIA ANHALTINA
VLTIMVS.

FINIS
PARTIS I.



B

PARS



PARS II.

CAPVT I.

DE ELECTO-
RIBVS SAXONIÆ EX
FAMILIA MARCHIONVM
MISNIÆ

A

FRIDERICO I. *BELLICOSO*
VSQVE AD TRANSLATIO-
NEM ELECTORATVS AD
FAMILIAM ALBERTI-
NAM

TEMPORE JOHANNIS
FRIDERICI I. *MAGNANIMI.*
§. I.



morte Alberti, *Fri-*
dericus, Burggravi-
us Norimbergen-
sis, ac primus ex
hac familia Marchio
&

& E
grat
ste,
bara
Eor
ex d
rece
libus
dem
cog
sniæ
Lan
univ
opti
§.
Cæ
riori
lidig
ven
Mar
ru
cluf
inpr
Sax
Ber

FRIDERICVS BELlicosvs. 17
& Elector Brandenburgensis, in
gratiam filii Johannis *Alchymista*,
cui Rudolphi III. filia Bar-
bara matrimonio juncta, Ele-
ctorales terras occupabat. Sed
ex decreto Sigismundi Cæsaris,
receptis viginti aureorum mil-
libus expeditioni impensis, eas-
dem cessit FRIDERICO I.
cognomine BELlicosO, Mi-
sniæ Marchioni, & Thuringiæ
Landgravio, de Sigismundo, ac
universo Germanico Imperio
optime merito.

§. II. Sic igitur Sigismundi
Cæsaris beneficio Saxonix supe-
rioris Ducatus una cum Electora-
li dignitate in *Friderico Bellicoso* per-
venit ad inclytam Misnensium
Marchionum & Landgravio-
rum Thuringiæ familiam: ex-
clusis competitoribus ceteris, ac
in primis *ERICO V.* inferioris
Saxonix Duce Lauenburgico, a
Bernhardo, Alberti Vrsi filio ge-

FRIDERICVS I. BELLICOSVS. 28
nus ducente. Hic enim non
modo tempus petendo feudo
præfinitum exire passus erat;
sed & jam ante, quod adversos
haberet cognatos, non nisi Lau-
enburgici Ducatus investitu-
ram anno cccccxix. impetra-
re potuerat. Cum tamen Ele-
ctoratus jam ad familiam Misni-
cam translatus esset, & ipse ac
nonnulli successorum Electora-
lem & Archi - Marschallatus ti-
tulos sibi arrogarunt. Imo præ-
sente seculo tam diu sepultam
controversiam resuscitare, suis-
que Ducibus jura adhuc super-
esse, singulari scripto, quod
anno cccccxix. prodiit, osten-
dere ausus est Daniel Mithobi-
us.

§. III. Sed Serenissima Misni-
co-Saxonica Domus tot Impe-
ratorum investituris non inter-
rupta serie concessis, communi-
que Imperii Germanici, eosdem

VC-

ORIGO FAMILIÆ MISNICÆ. 29

veros, justos, ac legitimos Sa-
xonix Duces agnoscentis, con-
sensu tuta, possessionem per ali-
quot secula confirmatam jure
meritoque hætenus servavit, &
quamdiu orbis stabit, per divi-
nam servabit gratiam. Jura in-
terim Saxonica familiæ Misnicæ
graviter & crudite tutati sunt
Fridericus Hortlederus *de Causis
Belli Germanici lib. IV. cap. XXIII.* Jo-
hannes Limnæus *Juris Publici
lib. III. cap. X.* Andreas Knichen
*de Saxonum non provocandi jure lib.
I. cap. II.* Johannes Strauchius
Dissert. ExotERICA XI. §. X. seqq.

§. IV. Inclytæ hujus Misniæ
Marchionum familiæ, quæ Fri-
dericum *Bellicosum* tulit, natales
a plerisque Scriptoribus ad *VVi-
tikindum Magnum* referuntur:
quo de tamen dubitare coepit
Conringius *Annotatis ad Lampadi-
um parte III. cap. V. §. XVIII.* argu-
mento ex Ditmaro Episcopo

30 FRIDERICI MAJORES
Mersburgensi desumto, qui *li-*
bro VI. Chronicorum Dedonem,
Thietrici filium, de tribu, quæ
Buzici dicitur, originem duxis-
se tradit. An igitur *Buzecia* illa
tribus ad *VVitikindum* usque
referenda, altioris est indagi-
nis.

§. V. DEDONIS ex DI-
DERICO filio nepos TIMO, ab
Henrico IV. Misniæ Marchio de-
signatus, est: sed CONRADVS, Ti-
monis filius demum possessio-
nem adiit. Ab hoc Conrado
Marchionum Misniæ familia ad
Fridericum usque *Belliosum*, de-
scendit per OTTONEM *Divi-*
tem, fodinarum Freibergensium
conditorem; DITERICUM a fra-
tre Alberto vexatum; HENRI-
CVM, quem *Illustrem* vulgo vo-
cant, primum hujus familiæ
Landgravium Thuringiæ: AL-
BERTVM *Degenerem*; FRIDERI-
CVM *Admorsum* (hic & ob bella
con-

Fr
con
Cæ
gef
Fre
Gra
dat
um
si Pa
S.
lect
mat
tha
burg
mili
cis
non
quo
siq
pro
sem
pfi
mia
tre
Lan
aita
-no

FRIDERICVS I. BELLICOSVS. 31
contra Adolphum & Albertum
Cæsares Thuringiæ inhiantes
gesta, *Fortis*, & Germanice *der*
Freudige dictus) FRIDERICVM
Gravem, Cæsarei fastigii candi-
datum; FRIDERICVM *Sirenum*-
um, qui FRIDERICI *Bellico-*
si Pater est.

§. VI. Hic FRIDERICVS, E-
lectorum Saxoniae ex hoc stem-
mate primus, matre natus Ca-
tharina Hennebergica, cui Co-
burgensis Principatus huic fa-
miliae illatus debetur; non belli-
cis modo artibus, unde *Bellicosi*
nomen accepit, verum pacis
quoque studiis effloruit. Anno
siquidem cccccix. bis mille
propemodum Studiosos Pragen-
sem Academiam deserentes Li-
psiae excipiens, ibidem Acade-
miam una cum V Vilhelmo fra-
tre condidit, & ut scribit Paulus
Langius, *magnis collegiis ac stipendiis*
ditavit.

B 4

§. VII.

32 FRIDERICVS I. BELLICOSVS.

§. VII. Renuntiatus est Ele-
1423. tor anno cccccxxiii. in festo
Trium Regum, ac sequenti an-
no Budæ dato diplomate, & a-
lio fidei etiam magis faciendæ,
renovandæque quasi gratiæ
paucis post diebus addito con-
firmatus, & mox a Johanne
Comite Lupfensi in possessio-
nem missus est, amplioribus lite-
1424 ris eundem ad finem anno c-
ccccxxiv. adjectis, quibus Eri-
co Lauenburgico competitori
omnis aditus præcluderetur.

§. VIII. Anno cccccxxvi
1426. Misnicus ipsius exercitus, quem
Catharina uxor, Henrici Ducis
Brunsvicensis filia, *Wilhelmi Vi-
ctoriosi* soror ad fortiter pugnan-
dum gravissima oratione exci-
tare conata fuerat, magna strage
a Bohemis cæsus est ad oppidum
Aussig. Hujus pugnæ tristem exi-
tum Fridericus adeo acerbè tu-
lit, ut nonnulli moerorem inde
con-

FRIDERICVS I. VBI SEPULTVS. 33
contractum, mortem, quæ ipsi
anno cccccxxviii. obtigit, con- 1428.
ciliasse putent. De loco sepul-
turæ nonnulli dubitant. Non
video tamen, cur Paulo Langio,
aliisque fidem denegemus, qui
Misniam fuisse tradunt: id quod
singulari schediasmate compro-
bavit Cl. Altenburgensis Scholæ
Rector, Paulus Martinus Sa-
gittarius, sanguine ac animo
mihi conjunctissimus. Quid?
quod Epitaphium Misnense di-
serte tradat Fridericum Misniæ
sepultum. Verba Epitaphii hæc
sunt: Anno dñi. m. cccc. xxviii.
dñica. priã. post. circumcisiois.
o. illustr. Princeps. et. dñs. dñs.
Frideric9. dux. saxõie. sac. rō.
impe. archimarschal. thuring.
Landgr. march. mis. hi. sepult9.
c9. añia. reqvies. in pace.

§. IX. Filios habuit quatuor,
filias duas. FRIDERICVM *Placi-*

B 5

dum

34 FRIDERICI I. LIBERI.

dum successorem, *Sigismundum*, qui abdicato Episcopatu VVürzburgensi anno cccccclxiii. decessit, ac Misniæ humatus est. *Henricum*, anno cccccxxii. natum, annoque cccccxxv. mortuum. VVILHELMVM, a provinciarum divisione Thuringiæ possessorem. *Annam* Ludovici Landgravii Hassiæ; *Catharinam*, Friderici II. Electoris Brandeburgensis conjuges.

§. X. VVILHELMVS ille post impetratum, sed a Philippo Burgundo ereptum Lucelburgensem Ducatum; post bella cum Friderico fratre gesta, ac concordia salutari composita, anno demum cccccclxxii. Vinariæ obiit ac sepultus est. Ex *Anna* Alberti II. Imperatoris filia non nisi filias duas genuit: *Margaretam* scilicet, Johannis Brandeburgensis Electoris, qui *Cicero Germanicus* dicebatur, uxo-

REM

FRIDERICVS II. PLACIDVS 35
rem, ac *Annam*, Henrico Duci
Munsterbergensi nuptam. Ex
altera uxorum *Catharina Branden-*
steinia liberorum nihil tulit.

§. XI. Successit Patri *Bellicoso*
FRIDERICVS II. quod su-
pra reliquas virtutes miti esset
ingenio, *Placidus* vocatus, anno
civcccxi. in hanc lucem editus.
Initia regiminis expertus est ad-
modum difficilia, Bohemis uno
anno ter vincens: quos ta-
men anno civcccxxviii. duo- 1438.
bus praeliis profligavit, Stern-
bergio etiam magni nominis
ductore capto. Pro *Sigismundo*
fratre, electo Episcopo VVürz-
burgensi in Franconia bellum
gessit, transactione, qua Sigis-
mundo Episcopatum abdicanti
certi redditus assignabantur, fini-
tum.

§. XII. Inprimis autem Fride-
ricum exercuit quinquennale
bellum cum VVilhelmo fratre

B 6

(hoc

36 BELLVM FRATERNVM.

(hoc animo quasi præfagiens Pater triduo ante obitum ad fovendam concordiam eos cohortatus erat) ob alterius fratris *Henrici* hæreditatem, in centore Apollino Vicethumio gestum, in quo Bohemi & Brandeburgenses V Vilhelmo adstiterunt. Vbi vero V Vilhelmus Fridericum fratrem in cædem suam non consensisse intellexit (Nam cuidam pollicenti, se emissa pila, destinato ictu Wilhelimum percussurum, respondebat: *Feriret, quem vellet, modo ne fratrem*) pietate ejus motus, utraqve jam stante in procinctu acie, post breve colloquium in pacem 1451. consensit anno ccccccli. firmatam. Et ex eo tempore fratres vixerunt conjunctissime, Vicethumio cum gentilibus & sociis exuto bonis, solamque vertere coactio: cujus rei quoque meminit Paulus Langius ad laudatum annum. §. XIII.

PLAGIVM KAUFFVNGIANVM. 37

§. XIII. Anno cccccclv. Er- 1455.

nestus & Albertus filii a *Cunrado Kauffungo & complicibus*, proditione coqui ex arce *Altenburgica* noctu abducti, sed mira Dei providentia liberati sunt. De plagio hoc *Kauffungiano* elegantem dissertationem scripsit laudatus paulo ante cognatus meus *Paulus Martinus Sagittarius*, quæ plurimos allegavit memorabilis hujus historiae scriptores: quos inter diffuse hoc argumentum tractat *Petrus Albinus in Chronico Misnensi sit. xxi.*

§. XIV. *Gesta Friderici cum Numburgensibus, Hallensibus, Anhaltino Principe, defensum jussu Cæsaris Lignitium, & alia ejus acta brevitati studens prætereo. Illud tanquam cedro dignum nequeo transmittere, quod orta contentione cum Friderico Magdeburgensi Archiepiscopo ex Beichlingiis Comitibus*

38 FRIDERICVS II. PLACIDVS
bus oriundo, quando illum non
arma contra parare, sed causam
suam Dei patrocinio commissu-
rum audivisset, Fridericus Elector
cum eo, qui Deum defensorem
habiturus esset, nequaquam se
belligeraturum affirmaret.

1464. §. XV. Decessit optimus Prin-
ceps Lipsiæ anno cccccclxiv.
vii. Septembris, & Misniæ in
templo cathedrali sepulchrum
ac epitaphium accepit.

§. XVI. Vxor ei erat *Margareta*
Ernesti Ferrici Austriae Ducis filia,
Friderici III. imp. soror anno ccc-
ccclxxxvi. mortua, non Alten-
burgi, ut Brotusius ac Albinus
volunt, sed Misniæ sepulta. Ex
hoc conjugio nati duo (quando-
quidem *Fridericus, Henricus & Ale-*
xander immaturam morte obierunt)
ERNESTVS & ALBERTVS illustrem
prosapiam propagarunt. Et ex *Er-*
nestina quidem familia hodie flo-
rent VINARINENSIS ac GOTHANA

Du-

Ducales Domus: ex *Albertina*
autem ELECTORALE stemina in
aliquot ramos divisum. Filias
Fridericus habuit quinque:
Aureliam, brevis ævi: *Amaliam*
Ludovico *Diviti* Bavarix Ducis
nuptam anno cixxi. demortu-
am ac Misnix conditam. *Annam*,
Alberti Electoris Brandenburgici
qui *Achillis Germanici* cognomen
adeptus, conjugem. *Hedvig*,
Abbatissa facta Quedlinburgen-
sis anno cixxix. obiit. *Marga-*
reta Abbatissa Seuselicensis.

§. XVII. ERNESTVS
Friderici Patris in Electorali di-
gnitate successor ab eximio reli-
gionis studio, *Religiosi*, a prospe-
ris successibus *Felicis* cognomi-
na indeptus est. Tres Reges,
Casimirum Polonix, Vladisla-
um Bohemix, Matthiam Un-
garix, discordes, accedente Jo-
hannis Brandenburgici opera,
Vratislaviæ inter se concilia-
vit

vit, ac ita a Germaniæ cervicibus externum militem arcuit. Henricum Ruthenum Plaviensem vicit, Plava ipsa occupata inque ditionem Saxoniam redacta: quo tempore Burggraviatus Misnensis, qui ante ad Ruthenos spectabat, in Misnensium Marchionum manus venit. Ernesto filio, Magdeburgensi Archiepiscopo ac Administratori Halberstadiensi, obnitentes Hallenses arce imposita coercere laboranti suppetias tulit. Halberstadienses eidem rebelles, & Erfurtinos Alberto filio Electori Moguntino adversantes officium facere coegit.

1472. §. XVIII. Anno cccccclxxii. ab Henrico Saganensi in Silesia Duce Ducatum Saganensem LV. aureorum millibus emit: mansitque hic Ducatus familiæ Saxonice per Lxxvii. annos, in annum scilicet superioris seculi XLIX.

XLIX. quo novus Elector Mauri-
ritius eundem cessit Ferdi-
nando Regi: uti pluribus descri-
bit Joachimus Curæus in *Anna-
libus Silesiæ.*

§. XIX. Anno MDCCLXXVII. 1477.
Qvedlinburgum Hedvigi so-
rori minus, quam oportebat,
morigerum compescuit. Ab hoc
igitur tempore Electores Saxo-
niæ facti sunt hæreditarii Ad-
vocati Quedlinburgenses: (Erb-
Schuss. Bolgte) cujus juris in
investitura Cæsarea diserta sem-
per fit mentio.

§. XX. A V Vilhelmi patru
morte, provincias, quas absente
in bellis Alberto fratre amplius
viginti annis solus gubernarat,
cum laudato fratre partitus est:
inter alia metallorum proventi-
bus & decimis æquali portione
in vicem distributis.

§. XXI. Anno MDCCLXXX. 1486.
VI. cum in Francofurtensibus
Co-

42 ERNESTI LIBERI.

Comitiis Maximilianum Cæsarem designasset, in patriam regressus, *in presentia & sinu Alberti fratris* (quæ verba sunt Pauli Langii:) Coldicii exspiravit, & Misniæ sepultus est: cum filios FRIDERICVM III. *Sapientem*, & JOHANNEM Constantem Saxonix Electores; *Ernestum* ab anno MCCCCCLXXVI. Archiepiscopum Magdeburgensem, deinceps etiam Halberstadiensem Administratorem anno MCCCCXIII. in solo Servatoris merito demortuum; filias autem *Margaretam*, Henrici Junioris, Ducis Brunsvvicensis uxorem, *Christianam* Christierni II. Daniæ Regis ex Johanne Rege matrem, superstites relinqueret: *Albertum* vero Moguntinum anno MCCCCCLXXXIV. amisisset: *Elisabetham* quoque conjugem, Alberti III. Bavariæ Ducis filiam bennio ante quam ipse mo-

FRIDERICVS III. SAPIENS. 43
moreretur, Lipsiæ in æde Paulina
ut ipsa voluerat, condidisset.

§. XXII. Ernesto Patri succe-
dit primogenitus FRIDE RI-
CVS III. *Sapientis* elogio in cly-
tus, anno cccccclxiii. Torgæ
natus. Hic Maximiliano Cæsari
(cui in Vngaria militanti cum
Johanne fratre præsto fuit, ac
contra Venetos quoque opem
tulisset, nisi gravibus de causis
domum fuisset revocatus:) pla-
ne erat carissimus: ut non mo-
do Comes Palatinus ceteris ex-
cellentior splendido diplomate
anno cccio. crearetur; verum
titulo quoque *Supremi Consiliaris*
(*Königlicher Majestät Oberster
Rath*) itemque *Locum-tenentis Im-
perii*, & ut Germanica habent,
*Königlicher Majestät/ und dessel-
ben Reichs Stadthalter General*,
auctoritate publica ornaretur.
Qua de re videantur plura in Cla-
ris. Schurtzfleischii Dissertatio-

44 FRIDERICVS III. SAPIENS.

ne de *Friderico* nostro: quæ id præcipue demonstrat, *qua voluntate quave cura ac diligentia Imperatores Austrios complexus sit, & quæ ornamenta ab his in eum profecta fuerint.*

1490. §. XXIII. Anno MCCCCXC. arcem V Vittebergensem cum templo cathedrali, cuius fundamenta olim jecerat Rudolphus II. magnificis impensis exstruxit, ornavit ac ditavit: quemadmodum literæ donationis singulari libello anno MCCCCX. excusso junctæ testantur, ac ripas quoque Albis ligneo ponte junxit. Nec minus Eulenburgi, Grimma, Luccaviæ, Altenburgi arces renovavit.

1493. §. XXIV. Cum anno MCCCCXCIII. ex ingenio seculi iter in Palæstinam, condito ante testamento, suscepisset, ex manuum ejus soliditate & robore Sultanus dicitur generosum ortum auguratus. §. XXV.

§. XXV. Anno cccccxcv. 1495.
 prima Maximiliani Comititia, in
 quibus iudicium Camerae Spi-
 rensis institutum, & publica
 pax sancita, praesentia sua illu-
 stravit. Anno cccio. Augustae 1500.
 consilia Maximiliani de consti-
 tuendo senatu Imperii perpe-
 tuo, pro pace & salute publica
 excubante adjuvit.

§. XXVI. Anno cccioi. VVit- 1501.
 tebergensem Academiam, cui
 cathedrale arcis templum in
 perpetuum dicabat, una cum
 Johanne fratre erexit, impetra-
 tis sequenti anno privilegiis.
 Philippum Palatinum Alberti
 Bavariae Ducis haereditati inhi-
 antem, ac ob id cum Ruperto
 filio proscriptum anno ccciov. 1505.
 Maximiliano Caesari reconcilia-
 vit: eundem, quod nemo alius
 facere fuisset ausus, ante impe-
 tratam veniam in Caesaris con-
 spectum adducens.

§. XXVII.

46 FRIDERICVS III. SAPIENS.

§. XXVII. Erfurtini cives magistratui adversantes, & seditiose agentes, ut quiescerent, operam dedit. Obsessa urbe, jactantibus viris militaribus, si quinque duntaxat militum jacturam facere non gravaretur, se urbe potiundi facilem viam inventuros, respondit, *sibi vel unius viri jacturam gravem videri.*

§. XXVIII. Ab excessu Maximiliani oblatum a Collegis Electoribus Imperium illustri moderatione recusans, suffragium suum Carolo v. tulit: cumque ob hoc magna vis pecuniæ offerretur, nec recepit ipse, nec a suis teruncium accipi voluit. Quin ante electionis solennia, ne tanta res discordia turbaretur, ipse ut Imperii Gubernator, Electores singulos sacramento adegit, nullam electionem publice renunciatum in prius, quam

quã unus consentientibus omnium suffragiis designatus esset.

§. XXIX. Cum Megalander Lutherus opus Reformationis (de quo Friderico pridem in somnio aliqua visio oblata) in Saxonia orsus esset, non profecto potentia augenda ergo, sed ut quæstus ac undinationes Tezelianæ (hominem illum flagitiorum manifestum Fridericus Elector Oeniponte quondam catapontismi supplicio liberat) per Saxoniam ac Misniam inhiberentur, Lutheri dogmata admisit, ejusdemque causam in tantum iuvit, ut necessitate Romam eundi adempta, a Cajetano Cardinale audiretur. Missa quidem aurea rosa librisque pretiosis etiamnum in Bibliotheca nostra Academica superstitionibus Principis animum a Luthero avertere tentavit Pontifex: sed aula Romanæ se obpa-

tro-

48 FRIDERICVS III. SAPIENS
1521. trocinium purgare Elector con-
natus, anno ccccxxi. ex V Vor-
mationensibus Comitibus redeun-
tem V Vartburgi asservare, &
dein non impedire satis habuit,
nondum publice ejus doctrina
introducenda.

§. XXX. Cum Johanne fratre
Fridericus per omnem vitam
vixit concorditer: cum quo
etiam communi nomine, exce-
pto Electorali Saxoniae Ducatu,
reliquas omnes rexit provin-
cias.

1525. §. XXXI. Demum tumultu
rustico jam orto, diuturnis cal-
culi cruciatibus exhaustus, coe-
lebs moritur Loccaviae anno
ccccxxv. primusque gentis suae
V Vittebergae in templo arcis
Academico ad altare summum
conditus quiescit: ubi & statua
ejus aenea ac marmorea, ut & E-
pitaphium a Melanchthone
confectum conspiciuntur. Bis
Vica-

Vic
nic
del
dor
Lan
inC
Duc
rii,
pac
enti
rus,
finis
men
cus
que
vel
miss
E d
S
pit
Eli
ccc
inE
tia,
nul

Vicarium egit Imperii Germanici, & tricies comitia ac arduas deliberationes præsentia & auctoritate sua ornavit. Paulus Langius ei hoc elogium statuit in Chronico Citizenensi: *Fridericus Dux Saxonie, Elector & Ensifer Imperii, juxta nomen suum dives amator pacis, & prudentissimus Princeps, sapientie domicilium, consiliorum thesaurus, defensor legum, controversiarum finis, imperii Romani columen, monumentum Patrie, morum speculum, decus Principum, & disciplina Ducum: quem ejusmodi virtutibus ornatum veluti Parentem, Numenque cœlitus missum plebs ipsa tota & veneratur & diligit.*

§. XXXII. Fridericum excepit frater JOHANNES ex Elisabetha Bavarica anno circæ cccclxvii. natus. Hic a summa in Evangelica religione constantia, quam nullæ pollicitationes, nullæ minæ, nec a Carolo v. negata

gata tam investitura, quam pa-
ctorum Juliacensium confir-
matio potuerunt convellere,
Constantis nomen meruit. Ado-
lescens Friderico III. comes ibat
in Italiam, post in Vngaria Ma-
ximiliano militans, Albæ Græci-
æ mœnia primus conscenditan-
no cccccxc. Eidem Imperatori
contra Venetos belligeranti for-
tem ac fidelem operam navavit.

§. XXXIII. Initio regiminis
rustici rebelles ejus auspiciis ad
Franckenhufam cæsi, eorumque
fax & tuba Thomas Münzerus
Gideonis enses somnians, captus,
& cum aliis concitoribus puni-
tus, oppidisque ac vicis rebelli-
bus arma adempta sunt.

Mox Visitationem Ecclesiasti-
cam, cujus formam singulari li-
bro complexus Melanchthon,
instituit, ministros Evangelicos
ubique præficiens Ecclesiis. An-
no cccccxxvi. in frequentibus

1526.

1526

Co-

IOHANNES CONSTANS. §

Comitis Spirensibus V Vornati-
ensis edicti, cuius executionem
legati Cæsarei fervide urgebant,
dilationem impetrauit.

§. XXXIV. Cum anno MD-
LXXXVIII. ex Ottonis Paccii Jurc- 1528.
consulti, qui Georgii Saxoniz
Ducis Procancellarius erat, de-
lacione, Pontificii Principes ac
Episcopi in Principes Evange-
licos bellum moliri crederentur,
ipse cum Philippo Hassiz Land-
gravio arma sumit: quæ ut po-
nerentur, V Vürzburgensis &
Bambergensis Episcopi aureo-
rum millia centum dependere
coacti sunt. Hanc historiam ac-
curate exponit Johannes Strau-
chius *Dissertationum Juris Publici
Exotericarum* IX. cuius hæc est in-
scriptio: *De tumultu Pacciano, Im-
pressione in Episcopatus, Moguntinum,
Herbipolensem, & Papebergensem, eo-
rumque expilatione.*

§. XXXV. Anno MDLXXX. 1530.

C 2

Caro-

Carolo V. Cæleri Confessione-
nem a se cum Johanne Frideri-
co filio, ut & Georgio Marchio-
ne Brandenburgico, Ernesto &
Francisco fratribus Ducibus
Brunswico - Luneburgensibus,
Philippo Hassiæ Landgravio,
V Volfgango Principe Anhalti-
no, & civitatibus Noriberga &
Reutlinga, subscriptam, Augu-
stæ (unde *Augustana Confessio* ap-
pellatur) xxv. Julii obtulit, e-
jusque *Apologiam* adornari cu-
ravit. Quo de argumento uti
multa in Sleidano, Thuano, Chy-
træo, Coelestino, Osiandro, ita
singularia nonnulla in Johan-
nis Sauberti *Miraculis Augusta-
nae Confessionis* occurrunt.

§.XXXVI. Cum eodem anno
vocaretur Coloniam ad Regis
Romani creationem, nec ipse
comparere, nec postea Ferdi-
nandum I. approbare voluit:
quin potius per filium Johan-
nem

nem Fridericum manifeste con-
tradixit. Interea Smalcaldiam
locios convocat, & cum ipsi per
valetudinem comparere non li-
ceret, misso filio foedus percutit
ad defensionem mutuam: quod
deinceps renovatum, Pontifi-
ciis autem inuisum, maximas
sub filio successore turbas dedit.

§. XXXVII. Anno ciciocxxxii. 1532.

Sweinicu, quo Coburgo vena-
tum profectus erat, caelestem a-
nimam caelo reddidit, ac prope
fratrem Fridericum Wittebergæ
sepultus est: ubi & statua ac epita-
phium visuntur. Laudationem fu-
nebrem Philippus dixit: quæ illu-
stre boni Principis exemplum
proponens lectu est dignissima.

§. XXXVIII. Ex priore con-
iuge *Sophia*, Magni Meklen-
burgensis Ducis filia anno cicioc
iii. mense Julio duodecimo a
puerperio die extincta, & Tor-
gæ sepulta, natus est successor

54 IOHANNES ERNESTVS DVX.

IOHANNES FRIDERICVS. Ex
posteriore *Margareta* Anhalti-
na, VValdemaro Principe ge-
nita, VVinarix c1010xxi. mortua
& sepulta, præter *Margaretam*
virginem demortuam, & *Johan-*
nem brevis ævi filium, genuit
Mariam, Philippi Pomeraniæ
Ducis conjugem, & *Johannem*
Ernestum.

§. XXXIX. Et *Johannes Erne-*
stus quidem tutela fratris Johan-
nis Friderici solutus, quando
commune cum illo regimen ali-
quamdiu gessisset, dein anno
c1010xlii. Franconicam partem
nactus, Coburgi habitavit, ac
ibidem magnificam arcem Eh-
renburgum exstruxit: bello au-
tem Smalcaldico, ut fratris vitæ
consuleretur, V Vittebergam Ca-
rolov. tradidit, annoq; c1010liiii.
Coburgi decedens ac sepultus,
nullos quidem liberos, sed vi-
duam reliquit *Catharinam*, Phi-
lippi

IOHANNES FRIDERICVS I. 55
lippi Brunswicensis Ducis fili-
am, quæ postea Philippo Comi-
ti Swartzburgico nubens vitam
improlis finivit.

§. XL. IOHANNES FRIDE-
RICVS, Johanne Patre ac ma-
tre Sophia anno ciorciii. natus,
ob rerum aduersarum toleran-
tiam *Magni & Magnanimi* cog-
nomina accepit. In nascentis
dorso auratam crucem secuturæ
crucis insigne fulsisse ferunt.

§. XLI. Anno ciorcix. inter
ipsum & sororem Caroli V. Ca-
tharinam pactum fuit matrimo-
nium, sed ob religionis discre-
pantiam rescissis sponsaliis, anno
ciorcxxxvii. duxit *Sibyllam*, Jo-
hannis Juliacensis ac Clivensis
Ducis filiam, quæ jura Juliacensia
Domui Saxonicæ intulit.

§. XLII. Provincias, excepta
Electoralis Saxonia, gubernavit
diversimode. Ac primo quidem
ab obitu Parentis usque ad an-

56 IOH. FRIDERICI I. REGIMEN.
nu n c d i x l . suo & impuberis
fratris Johannis Ernesti nomi-
ne: inde per biennium pari emi-
nencia in fraterna commu-
nionē, idque juxta decretum pa-
terni testamenti: postquam au-
tem frater Franconica accepit, a
mense Februario anni c i o i x l i i .
usque ad captivitatem, solus.
Tempore paternæ custodiæ
quadriga filiorum homagio
quidem sibi devinxit, ac rexit
porro subiectos: sed certa mo-
deratione, quæ debitum Patri
honorem ac potestatem serva-
ret. Custodia denique anno c i o -
c l i i i . liberatus, solus ad beatum
excessum relictis terris præfuit.

§. XLIII. In Ferdinandi Regis
Romani electionem, non nisi
conventionē Cadamica (a Ca-
damo Bohemiæ oppido nomen
habet) qua & Ulrici V Vurtem-
bergici in exilium pulsi causa
componebatur, approbare vo-
luit

luit anno **MDXXXIV**. Anno **MDXXXV**. **1534.**
 ipsius auspiciis foedus **1535.**
 Smalcaldicum in annos **X**. reno-
 vatur. Annis sequentibus Conci-
 lium Pontificium alibi atq; alibi
 indictum cum sociis declinavit.

§. XLIV. Anno **MDXXXIX**. di- **1539.**
 gnitatem Burggraviatus cum
 oppido Gommern Magdebur-
 gensibus a priorifamilia oppigno-
 ratam, solutis supra viginti millia,
 octingentis, tribus & triginta flo-
 renis, redemit. Ex quo tempore
Burggravi Magdeburgensis titulus
 Electoribus Saxoniae mansit.

§. XLV. Eodem anno mor-
 tuo patrueli *Georgio*, Lutheri ho-
 ste infensissimo, ejus fratri *Hen-
 rico*, Principi orthodoxo, ad ob-
 tinendam hæreditatem auxilio
 fuit: illo autem anno **MDXLI**. **1541.**
 extincto, tutelam liberorum
 summa fide ac benevolentia
 gessit. Sed brevi post cum al-
 tero ex illis *Mauritio*, ob **V Vur-
 zen**

58 IOHANNES FRIDERICVS I.

zen oppidum, in quo uterque
sibi jus colligendi tributi adver-
sus Turcam arrogabat, enatae
lites: & ad civile bellum omnia
spectabant: verum intercedente
Philippo Hasso, motus publicus,
non tamen animorum offensio
quievit. Quod hoc bellum cir-
ca festum Palchatos anno MD-
XLII. sine caede & sanguine com-
poneretur, der Stadenkrieg appel-
lari consuevit.

1542.
§. XLVI. Hoc ipso anno XLII.
una cum foederatis Henricum
Ducem Brunswicensem Gosla-
riae & Brunswico urbibus sociis
gravem primum e patria eiecit:
qui deinde novis rebus studens
1545. anno MDXLV. capitur.

1546. §. XLVII. Anno MDXLVI. cum
ubique spargeretur rumor, Cae-
sarem cum sociis occulte adver-
sus Protestantes moliri bellum,
& ipse quoque & Philippus
Landgravius arma parant con-
tra

A CAROLO V. VICTVS. 59
tra, instituti rationes scripto di-
vulgantes. Hinc belli Smal-
caldici origo, quod statim post
Lutheri mortem accibe gestum,
a Friderico Hortlebero accurate
descriptum duobus volumini-
bus: quo tandem Johannes Fri-
dericus anno MDXLVII. die XX. 1547.
IV. Aprilis, fortan a suis pro-
ditus, ad Mulbergam victus,
vulneratus, a Josepho Luccano
Quinqueeclesiensi (ut testis est
Isthuamfius *libro XIII. Historia
Vngarica*) captus, Carolo V. obla-
tus, ad V Vittebergam capitis
damnatus, animi consternati
significationem nullam dedit,
sed existimare se respondit, Cæ-
sarem non ita secum esse adu-
rum: veruntamen si perstaret
sententia, petere, ut certo sibi
renunciatur, quo de rebus ad
uxorem & liberos pertinentibus
constituat. Intercedente tamen
i pprimis Electore Brandebur-
C 6 gico

60 IOHANNESFRID I. CAPTIVVS
gico, non vitæ, non religionis
(de qua plane nihil voluit con-
cedere) sed dignitatis Electora-
lis, & magnæ partis provincia-
rum jacturam passus est. Cum
Mauritius patruelis ei sufficere-
tur anno MDXLVIII. die XXIV.
1548. Februarii, solennia hujus actus
Augustæ intrepido spectavit
vultu, ac ut feliciter novo ho-
nore frueretur, precatus est: &
porro cetera quinquennalis cu-
stodiæ incommoda æquo tulit
animo, lectioni sacrarum lite-
rarum potissimum incumbens.
§. XLVIII. Interea ne vel per
Interimisticam formulam (a
qua quod totus abhorreret, tra-
ctabatur durius) vel per alias cor-
ruptelas religio Evangelica
quicquam detrimenti caperet,
filiis auctor fuit condendæ JE-
NENSIS hujus Academiæ:
quæ tamen post beatum Patris
obitum a Filiis (quibus, hoc ne-
go-

gotium Pater sancte commen-
darat) demum introducta est.

§. XLIX, Quod vero & Phi-
lippus Hassiæ Landgravius con-
tra datam fidem a Carolo V. at-
tineretur, Mauritius Philippi ge-
ner, percusso cum Gallis foedere,
bello Carolum Cæsarem aggre-
ditur anno MDLII. quo territus 1552.
ille ac Oeniponte fugiens, Johan-
nem Fridericum libertati restituit:
ne videlicet hostis ad suam id
referret gloriam: quod nec ipse
Electoꝝ captivus cupiebat. Vnde
nihilominus Cæsarem comitatus
Augustæ demum ei valedixit, ac
relictis provinciis pacate in poste-
rum præfuit, servato ad obitum
usq; titulo ac insignibus Electro-
ralibus. Et licet Mauritius tum
hæc, tum Gothæ munitionem
impedire niteretur, ad summam
tamen nihil effecit. Quin Mau-
ritio in Sivershusana acie cæso,
in conventu Ordinum Lipsiæ E-

62 IOH. FRIDERICI I. MORS.

lectoratum repetiit, adversus Augustum, cui a Cæsare simul cum Fratre data erat investitura. Attamen in conventu Numburgensi, intermedio Daniæ Rege, sic transactum, ut Augusto Electoratus, Misnia, & oppida metallica cederent, reditura illo sine liberis extincto, vicissim ipse quasdam præfecturas Johanni Friderico redderet.

1554. §. L. Anno tandem MDLIV. III. Martii placida morte in arce Vinaricensi extinctus est: cum fidelissima uxore Sibylla undecim ante ipsum diebus mortua brevi idem sibi eventurum quasi præfagiens, locum ad latus ejus relinqui sibi, sancte mandavisset. Magnificum ipsi monumentum a filiis sequenti anno Vinarix positum.

§. LI. Ex filiis Johannis Friderici, Johannes Ernestus non diu ante Patrem, Johannes Fridericus III.
sive

IOH. FRIDERICI I. LIBERI. 63
sive *Junior*, Princeps & ipse do-
ctus, & doctorum amantissi-
mus, animiqve constantia in
vera religione fovenda & defen-
denda Patri similis, sed cum ad-
versa valetudine ferme semper
conflictatus, in hac ipsa Jenen-
si Academia, cui amore singu-
lari addictus erat, pie placide-
qve coelebs obiit anno MDCLXV.
Vinariæ sepultus. Ceteri duo
JOHANNES FRIDERICVS
II. sive *Senior*: & JOHANNES
V VILHELMVS, quia inclytam
prosapiam propagarunt, de i-
plis eorumqve posteris usqve
ad præsentem diem nunc per
compendium dicemus.

§. LII. Prius tamen monen-
dum esse duco, quod eo ipso
quo Johannes Fridericus deces-
sit, anno, inter filios ejus &
Hennebergenses Principes pa-
ctum de mutua successione ini-
tum, & a Cæsare sequenti anno
CON-

rlus
mul
ura.
um-
Re-
usto
pida
illo
sim
Jo-

7. III.
Vi-
de-
cim
bre-
vasi
ejus
vis-
en-
na-
rici,
ante
III.
IVE

64 IOHANNES FRIDERICVS II.
confirmatum fuerit. Cum au-
tem anno MDCLXXXIII. *Georgius*
Ernestus, V Vilhelmi filius, Hen-
nebergicæ Stirpis postremus de-
cederet, amplissimus ille Princi-
patus cessit Saxonix Ducibus.
Neque tamen Johannis Frideri-
ci posterum tantum, sed & Augu-
stus Elector, itemque Hassi par-
tem aliquam acceperunt.

CAPVT II.

DE

JOHANNNE
FRIDERICO II. SAXO-
NIÆ DVCE EJVSDEMQUE
FILII JOHANNNE CASIMI-
RO ET JOHANNNE ER-
NESTO.

§. I. JOHANNES FRI-
DERICVS II. Johannis Fri-
derici Electoris major natu fili-
us, ducta anno MDCLV. Mauri-
tii Electoris vidua, eaqve sexto
con-

GOTHA CAPTA ET DESOLATA. 65
conjugii mense extincta, Elisa-
bethæ Friderici III. Electoris Pa-
latini filix junctus, majora vol-
vebat animo, quod inter alia
titulus *Electoris nati* arguebat.
Ceterum turbis Grumbachianis
involutus, ac idierco proscrip-
tus, expugnata anno MDCXLVII. 1567.
ac diruta arce Gothana *Grim-*
menstein, in custodiam Austria-
cam Neostadium missus, de-
mum in arce Steir mortuus est
anno MDCXCV. cum captivum
maritum ultro secuta conjux
superiori anno decessisset. Uter-
que Coburgi sepulcrum acce-
pit.

§. II. Superstites filii JOHAN-
NES CASIMIRVS & JOHAN-
NES ERNESTVS, alter anno
MDCXLIV. alter biennio post in 1595.
lucem editi, Comitibus Spirensi-
bus anno MDCLXX. in gratiam
recepti, provincias paternas a pa-
truo Johanne VVilhelmo rece-
pe-

66 IOH. CASIMIRVS IOH. ERNESTVS.
perunt. Et ille quidem ducta
primum Anna, Augusti Electo-
ris filia, deinceps assumpta *Mar-*
gareta, V Vilhelmi Junioris, Du-
cis Brunswicensis filia, Cobur-
gi magno aulae splendore habi-
tauit: ubi Gymnasium Casimi-
rianum, armamentarium, &
sphaeristerium exstruxit, ac
constituta Glichensium Comi-
tum successione, postquam
anno c1610cxxxi. conventui Li-
psiensis interfuisset, anno c1610c-
xxxiii. improlis vitam finivit.

§. III. Alter vero JOHAN-
NES ERNESTVS primo *Eli(a-*
berha Mansfeldicae, cum qua an-
no c1610cxc1. Neostadii in custo-
dia patris nuptias celebravit, &
post ejus obitum *Christina*, V Vil-
helmi Hassiae Landgravii filiae
maritus, Marcksulae primum,
deinde Isenaci sedem habuit,
annoque c1610cxxxviii. line-
am improlis item terminavit.

CA-

CAPVT III.
DE
JOHANNNE
VVILHELMO
SAXONIAE DVCE
ET
LINEA ALTENBURGENSI
IN
FRIDERICO VVILHELMO
III. ANNO M D CLXXII.
EXSTINCTA.

§. I. Alter filiorum Johannis
Friderici Electoris, JOHAN-
NES VVILHELMVS, Torgæ
civitate genitus, Altenburgen-
sis ac Vinariensis lineæ sator,
postquam Regi Gallia contra
Hispanos militaverat, ac cum
ceteris fratribus in condenda
hac Academia Patris votum ex-
pleverat; ab obitu minoris fra-
tris cum majore de regimine ne-
cessum habuit disceptare: quam
con.

68 FRIDERICVS WILHELMVS:
contentionem utriusque socer
Fridericus Palatinus componere
laboravit. Capto postea fratre
provinciis fraternis auctus, cas-
dem nepotibus in gratiam rece-
ptis reddidit. Post celebratum
1568. anno *MDLXVIII.* Altenburgen-
1573. se colloquium, anno *MDLXXIII.*
mortalem vitam explevit: ex
Dorothea Susanna Palatina relin-
quens FRIDERICVM WVIL-
HELMVM, Altenburgensis, &
JOHANNEM, Vinaricnsis li-
nearum conditorem, ut & *Ma-
riam*, Quedlinburgensem Abba-
tissam.

§. II. FRIDERICVS WVIL-
HELMVS, Johannis V Vilhel-
mi primogenitus, anno *MDLXII.* natus, ab obitu Christiani
I. Administrator Electoratus Sa-
xoniae, & in eo Crypto-Calvi-
nianismi exstinctor fuit strenuus.
Deposita feliciter administratio-
1602. ne, anno *MDCCII.* pie decessit
Theo-

Theologorum summus fautor,
& sacrorum Bibliorum scripto-
rumque Lutheri assiduus lector.

§. III. Ex prima uxore *Sophia*,
Christophori Ducis VVurtem-
burgici nata, anno c1010xc. in pu-
erperio cum puero infante ex-
stincta, moriens nonnisi *Doro-
theam Sophiam*, & *Annam Mariam*
reliquit. Et illa quidem facta
Qvedlinburgensis Abbatissa, an-
no c1010cxlv. obdormivit, de
hac Salana Academia insigni
legato, quo Professorum salaria
auxit, optime merita.

§. IV. Ex altera conjuge *Anna
Maria*, Philippi Ludovici Palati-
ni Neoburgici filia, præter *An-
nam Mariam*, Carolo Friderico
Duci Munsterbergensi nuptam,
& *Dorotheam* anno c1010ci. natam
Alberto cognato Johannis Vina-
riensis filio elocatam, ac anno
demum c1010cclxxv. Altenburgi
demortuam, nati IOHANNES PHE-
LIP-

70 IOHANNES PHILIPPVS.

LIPPVS, Fridericus, Johannes
VVilhelmus, & FRIDERICVS
VVILHELMVS II.

§. IV. IOHANNES PHILIP-
PVS anno ciciocvii. in hanc
lucem editus, anno ciciocxviii.
conjugem accepit *Elisabetham*
Henrici Julii Ducis Brunsvi-
censis filiam, Augusti Saxoniae
Ducis viduam. Ex hac anno
1619. ciciocxix. nata *Elisabetha Sophia*
Ernesti Pii, Saxo. Gothani Du-
cis conjux, quæ Patrem anno
1639. ciciocxxxix matrem anno cico-
cccl. amisit.

§. V. Quando hic Iohannes
Philippus patrueli Johanne Er-
nesto, Johannis Vinariensis
primogenito natu esset minor,
inter Domum Altenburgensem
& Vinariensem acris nata fuit
controversia de sedis præroga-
tiva. Et Altenburgenses quidem
illam sibi vendicabant, quod
Prin-

Princeps suus ex primogenito
 johannis V Vilhelmi filio esset
 genitus. Contra Vinarienses
 non hic Patrum, sed ipsorum
 Principum ætatem, ac veterem
 morem respicienda asserabant.
 Acerrime hac de re fuit actum,
 nec defuere utrique parti præ-
 clari defensores. Vinariensi-
 um causam imprimis egit Mel-
 chior Goldastus, cujus *Senior*, si-
 ve de *Majorat* liber varia doctri-
 na plenus est. Summam con-
 troversie non ineleganter com-
 plexus est Jacobus Andreas Cru-
 sius de *Jure Præcedentiæ* lib. IV. cap.
 IX. Quod ad eventum hujus
 disceptationis attinet, Rudol-
 phus quidem Imperator anno
 MDCCVII. pro Altenburgensibus
 pronunciavit: attamen Vinari-
 enses in contrarium protestati
 etiam scriptum edidere sequen-
 tem præferens titulum: *Ursachen,*
warumb die Herkoge zu Sachsen
Wet-

Wetmarischer Linien/ in der be-
standnen streitigen Præcedents und
Primogenitur Sache wieder die
Fürstliche Sächsische Altenburg-
sche Linie billig weiter zu hören.
Jam autem cum ipsa Altenbur-
gensi linea totum quoque hoc
sepultum est litigium.

§. VI. Nunc ad ceteros Fride-
rici V Vilhelmi filios progredi-
mur. *Fridericus* anno *MDXCIX*,
natus, Christiano Duci Brunswi-
censi militans, prælio Statloensi
capitur: sed in gratiam Electoris
Saxoniae dimissus, jam Regis
Daniae miles anno *MDCCXXV*,
ad Niburgum occubuit. *Johan-
nes Vilhelmus* anno *MDCC*, natus
Saxonicarum Electoralium in
Silesia copiarum Dux anno *MDCCXXII*, obiit.

§. VII. At FRIDERICVS
VVILHELMVS II. prima
& trigesima ab obitu Patris heb-
domada anno *MDCCIII*, natus
fra-

FRIDERICVS WILHELMVS. 73
fratrum, & postea Johannis Er-
nesti patruelis ex parte hæres,
postquam Saxonica militiæ re-
nuntiarat, vivente adhuc Jo-
hanne Philippo fratre, uxorem
duxit *Sophiam Elisabetham*, Chri-
stiani V Vilhelmi Marchionis
Brandenburgensis ac Admini-
stratoris Magdeburgici filiam.
Sterile hoc fuit matrimonium,
cicicel. morte diremtum. Hinc
anno cicicclii. alteram accepit 1652.
conjugem, *Magdalenam Sibyllam*,
Christiani V. Regii Daniae Princi-
pis viduam, Johannis Georgii Sa-
xonie Electoris filiam. Hac post-
quam *Christianum* maximæ ex-
spectationis Principem anno cic-1654.
iccliv. natum, anno cicicclxiii. 1663.
amississet, anno cicicclxviii. obiit, 1668.
relieto viduo, & duobus liberis,
Friderico Wilhelmo & *Johanna*
Magdalena: quæ Johanni Adol-
pho, Augusti Saxonis Admini-
stratoris, Magdeburgensis pri-
moge-

74 FRID. VVILHELMVS II. ET III.
mogenito conjuncta. Ipse ve-
ro maritus Fridericus V Vilhel-
mus vitæ laudabiliter gestæ cur-
sum explevit Altenburgi anno
1669. MDCLXIX. Multum huic Prin-
cipi veleo nomine debet Eccle-
sia Evangelica, quod ex Tomis
Lutheri Germanicis Ienensi-
bus, V Vittebergenfibus, Islebi-
enfibus unum opus concinnari
curaverit, studio D. Iohannis
Christfried Sagittarii supremi
sacrorum in Altenburgensi Du-
catu Ephori, cognati mei Pa-
rentis loco venerandi.

§. VIII. Vnicus autem super-
stes filius FRIDERICVS VVIL-
HELMVS III. anno MDCLVII.
natus, sub Iohannis Georgii E-
lectoris, & Mauriti, fratrum tu-
tela in spem eximiam adole-
scebat: sed paulo post Sororis
nuptias insigni magnificentia
1672. celebratas, anno MDCLXXII.
vita excedens Altenburgensis
li-

lineæ januam clausit, quam avus Fridericus V Vilhelmus aperuerat. Amplissimarum provinciarum hæres factus est agnatus proximus ERNESTVS *Pius*: at Fratrum Saxo-Vinariensium Trigæ certæ præfecturæ sunt attributæ.

CAPVT IV.

DE

LINEA VINARIENSI.

§. I Alter filiorum Iohannis V Vilhelmi ex Iohanne Friderico Electore nati erat IOHANNES, Vinariensis lineæ conditor, anno *MDLXX*. in arce Vi- *1570.* nariensi natus, qui sub tutoribus, Augusto Electore, dein fratre Friderico V Vilhelmo adolevit. Tutela solutus administrationem regiminis fratri concessit, juxta pacta, Vinariæ primum anno *MDLXX*. deinde Tor. *1590*

D 2

gæ

76 JOHANNIS LIBERI.

ga anno cixcxii. inita. Postea
divisionem hæreditatis urgens,
cam tandem a fratris obitu an-
no cixcxiii. ac in ea Vinarien-
sem Principatum impetravit.
biennioque post annum agens
xxxv. morbo hypochondriaco
extinctus est.

§. II. Ex *Dorothea Maria* An-
haltina, *Joachimi Ernesti* filia
(quæ liberorum educationi
summam adhibuit sollicitudi-
nem annoque cixcxvii. obiit)
tredecim annorum spatio XII.
genuit liberos, undecim ma-
sculæ stirpis, filiamque posthu-
mam. Scilicet

- I. *Johannem Ernestum.*
- II. *Johannem Vilhelmsum.*
- III. *Fridericum.*
- IV. *Johannem.*
- V. **VILHELMVM** gemellum.
- VI. Gemellum alterum, sed ter-
tia a **V** Vilhelmi nativitate
hora utero materno mor-
tuum exclusum.
- VII.

VII. *Albrechtum.*

VIII. *Johannem Fridericum.*

IX. ERNESTVM.

X. *Bernhardum Magnum.*

XI. *Johanna* filia sexto post Patris

obitum mense anno *MDLXVI.*

nata, anno *MDLXXIX.* vivere de-

siit.

§. III. JOHANNES ERNE-

STVS primogenitus anno *MD-*

XXCIV. Altenburgi natus, post-

quam duodecies fasces hujus

Academiae gesit varia per Ger-

maniam, Galliam, Angliam &

Belgium itinera suscepit,

quorum *historiam* Germa-

nice scripsit Johannes V Vilhel-

mus Neumcier a Ramsia, ligato

autem sermone sub elogio *Vlyssis*

Saxonici complexus patruus me-

us Thomas Sagittarius. Anno

MDLXXV. suo majorumque fra-

trum in id consentientium no-

mine regimen suscepit. Neque

tamen

ostea
gens,
an-
rien-
avit.
gens
riaco

An-
filia
tioni
tudi-
oit)
XII.
ma-
thi-

lum.
ter-
tate
nor-
VII.

78 JOHANNES ERNESTVS.

tamen per se id administravit
semper, sed interdum ope frater-
na usus bellica interea laude in-
claruit. Siquidem primo anno
1620. **MDCCXX.** Friderico Palatino in bel-
lo Bohemico Pragæ, deinde Bata-
1621. vis anno **MDCCXXI.** Hagæ, postea
Christiano IV. Daniæ Regi anno
1625. **MDCCXXV.** Friderichsburgi ope-
ram suam addixit, multa forti-
ter & feliciter gerens. Demum
in superioris Vngariæ Comita-
tu Turocensi ad S. Martinum
moritur IV. Decembris anno
1626. **MDCCXXVI.** Corpus exenteratum
Troppaviam (civitas est supe-
rioris Silesiæ) missum, ac inte-
stina in templo S. Georgii re-
condita, corpus in septimum
mensem asservatum, tandem
permissu Ferdinandi II. Vinari-
am delatum, & magnifica pom-
pa ibidem humatum fuit.

§. IV. JOHANNES VVIL-
HELMVS altero a nativitate
dic

die anno ciorxcv. excessit Altenburgi, & in aulico templo terræ mandatus est.

V. FRIDERICVS anno ciorxcvi. Altenburgi genitus, studiorum, itinerum, bellorumque fratris Johannis Ernesti comes, & fidus Achates, cum in via ferro per Brabantiam aperienda, conflictu Flerüensi (in quo Ernestus Mansfeldius & Christianus Brunswicensis cum Hispanico Duce Corduba præliabantur) quinque vulneribus faucibus, ab hostili agmine, quod fuderat, reversus esset, pilento impositus, ter commendata Deo anima, fato glorioso defungitur xix. Augusti anno ciorcxi. Intestina Bredæ in Wilhelmi Nassovii conditorio, corpus reliquum Vinariæ solenni ritu deposita. Exstat de eo elegans scriptum Friderici Hortlederii, cujus hic est titulus: *Supre-*

D 4

mi

mi honores, quibus Principis sui
pii, probi, perbenefici, literati, gnavi,
fortis, inclyti, sed nunc demum felicitis
atque fortunati, Domini Friderici
Senioris, Ducis Saxonie funus &
mœstus & infelix comitabatur.

§ VI. JOHANNES anno cio-
tccxvii. natus, anno cicciv. Vi-
nariæ exspiravit.

§ VII. De VVILHELMO
conditore Vinariensis lineæ spe-
ciatim hodie sic dictæ ejusque fi-
lius postea agemus,

§ VIII. ALBRECHTVS anni
cicxciv. septimum & vigesi-
mum diem Julii, quo olim & Al-
bertus filius Ernesti Electoris na-
tus, natalem Altenburgi & ex Al-
tenburgica domo conjugem ha-
buit Dorotheam, Friderici Wilhel-
mi I. filiam, quæ ab anno cicc-
xxiv. quo maritus decessit, ad an-
num ciccxxxv. vidua manens.
x. Aprilis placide obdormivit
& sepulta Altenburgi. per absentiam
am

an Johannis Ernesti & Friderici fratrum, eorundem nomine maximam partem præfuit regimini, quod deinceps in VVilhelmum transmisit. Baliviam Thuringicam ordinis equestris Theuthonici, utpote ipsi soli tributam, solus, portionem vero hæreditatis Coburgensis ac I. senacensis in fraterna comunione administravit, a morte Johannis Ernesti senioris (quem Johanne Friderico II. natum *cap. II. §. II.* diximus, Menaci habitans.

§. IX. IOHANNES FRIDERICVS anno cixccc. genitus Palatinis militavit: inde Mundæ a Tillio obsessæ illaturus subsidia capitur, ac fratribus redditus anno cixcccxxviii. fato fungitur Vinarizæ.

§. X. De ERNESTO *Pio*, ejusque filiis & nepotibus proximo capite agemus.

D §

§. XI.

82 BERNHARDVS MAGNVS.

§. XI. FRIDERICVS VVILHELMVS anno ciciociii. Vinarix natus, in ipso adolescentis ætatis flore Georgenthalii valedixit rebus humanis anno ciciocxix.

§. XII. De BERNHARDO incomparabili Duce bellico, ac ob id *Magni* nomen summo jure merito VII. Augusti anno ciciociv. Vinarix nato, Lüzensis victoriæ post cæsum Gustavum Adolphum Regem servatore; Bambergæ, Cronaci, Hochsteti, Aichæ, Dachaviæ, Monachii, Landsbergæ, Neoburgi, Regensburgi, Tabernarum Alsatucarum, Jonvillæ, ac imprimis Brisaci occupatore, ac tot victoriis, ad Theodonis villam, prope VVittenweier, ad Reinfeldam, aliisque inclyto, ut & post incommoda (quod patuit post Nördlingense prælium infelix & stragem Reinfeldensem) fortius semper ac feliciter surgente, quia

BERNHARDVS MAGNVS. 83

quia pleni sunt omnes nostri temporis Historici, non est, qui de tot gestis nunc agam exquisitius. Præter Auctores *Theatris Europæ*, itemq; Brachelium & alios, quos nunc commendem, occurrunt Bogislaus Philippus a Chemnitz in *Historia Belli Svecici*, Ludovicus Gothofredus in *Inventario Sveciæ*, Georgius Engelfuß libello, quem vocat *Weimarischen Feldzug*, Matthæus Lungvizijs *Traçtatu Germanico Von Herkog Bernhards Helden, Thaten*, Johannis Freinsheimii *Teutscher Zugend, Spiegel / oder Gesang von den Stamm und Thaten des alten und Teutschen Hercules*.

Decessit Bernhardus Neoburgi ad Rhenum, haud procul Brisacco VIII. Julii anno MDCCXXIX. non sine veneni suspicione. Brisfaci cum diu extincti corpus asservatum esset, permittente

D 6

de-

EL-
arix
eta-
ixit
xix.
in-
ac
ju-
cio-
nsis
um
ore;
ch-
na-
rgi,
Al-
mis
to-
ope
am,
in-
post
elix
for-
nte,
via

84 BERNHARDI M. FUNVS.
demum Ludovico XIV. Galliae
Rege, a V Vilhelmo ac Ernesto
fratribus repetitum, anno MDCLV. XII. Decembris a vito mo-
numento Vinariae illatum, eun-
demq; oratione Panegyrica cele-
bravit Samuel a Jechhausen, Cā-
cellarius Saxo Vinariensis. In Go-
thanae quoque civitatis templo
altare ejusdem imaginem ac ele-
gantissimam inscriptionem o-
stentans memoriae Bernhardi
Ernestus frater dedicavit.

§. XIII. Quia autem soli WIL-
HELMVS & ERNESTVS in-
clytam propagarunt prolapiam,
de iis sigillatim nunc agemus.

V VILHELMVS anno MDLXXC-
VIII. XIV. Aprilis Altenburgi
natus fuit, Princeps toga & sago
excellens.

Anno MDCCXXIII. praelio ad
Statloam a Tilio captus, ac Neo-
stadium in custodiam, quam
studiis tornoque impendit, mis-
sus

sus, anno sequenti in gratiam
Johannis Georgii Electoris libe-
ratus est.

Anno MDCCXXV. uxorem duxit
Eleonoram Dorotheam, Johannis
Georgii Anhaltini filiam, quæ
anno MDCCXLIV. obiit.

Anno MDCCXXV. xx. Septem-
bris nomine Johannis Ernesti fra-
tris in militia Danica occupati su-
scipiebat regimen, eidemq; hoc
anno exeunte de mortuo succes-
sit, pro majoris ætatis præroga-
tiva Præsidis ac Directoris mu-
nus gerens: quæ regiminis for-
ma anno MDCCXXIX. certis con-
ditionibus firmata est. 1629³

Anno MDCCXXXI. cum conven-
tui Lipsiensi adfuiſſet, dein Gu-
stavo Adolpho Regi Sveciæ ac-
cessit, ac post Lipsiense prælium
eidem Erfurtum subjecit. 1631.

Anno MDCCXXXII. Goslarium 1632.
strategemate, Göttingam vi, a-
liaque in Eisfeldia deditione ca-
pit. D 7 An-

llia
esto
cio-
no-
eun-
cele-
Cā-
Go-
mplo
ele-
o-
ardi
VIL-
in-
iam,
us.
xc-
urgi
fago
ad
Neo-
vam
mis-
sus

1633. Anno ciciocxxxiii. Bernhardo fratri ad Bambergam novas adduxit copias, alioque exercitu collecto se in Thuringia & Franconia continuit.

Eodem anno una cum fratribus germanis, agnatisque Principibus Altenburgicis Academiam nostram Salanam dotavit dynastia Rhembdana Comitum Glischenium quondam patrimonio, & nobili prædio Apolledano.

1634 Anno ciciocxxxiv. post Nördlingense prælium novo milite fratris fortunam crexit.

1635. Anno ciciocxxxv. pacem Pragensem amplexus, Cæsarique reconciliatus, ex eo suis in pace præfuit, ac magnificam Vinariensem arcem extruxit.

1641. Anno ciciocxli. divisione principatum facta, Vinariensem solus accepit, & ad beatum obi-

1662. tum, qui ei anno cicioclxii. ob-
tigit,

tigit, summa cum moderatione
rexit.

§. XIV. Reliquit V Vilhelmus
JOHANNEM ERNESTVM.
ADOLPHVM V VILHEL-
MVM, JOHANNEM GEOR-
GIVM ac BERNHARDVM fi-
lios, ac filiam unicam *Dorotheam*
Mariam, Mauritio Saxoniae
Duci anno ciciocLvi. nuptam.
Vilhelmus anno ciciocxxvi. na-
tus, eodem anno, *Johannes Vil-*
helmus ciciocxxx. genitus, anno
ciciocxxxix. defuncti. *Fridericus*
ciciocxli. in lucem editus, post-
quam hujus Academiae Magni-
ficum Rectorem egerat, anno
ciciocLvi. *Vilhelmina Eleonora*,
anno ciciocxxxvi. nata, cici-
ocLiii. decesserunt.

§. XV. JOHANNES ERNE-
STVS, cujus sedes est Vinaria
anno ciciocxxvii. natus, anno
ciciocLvi. matrimonium con-
traxit cum *Christina Elisabetha*
Jo-

88 JOHANNES ERNESTVS.

Johannis Christiani, Ducis
Holsato-Sonderburgici filia. Al-
tenburgica linea anno MDCC-
LXXII. extincta una cum fratri-
bus portionem Principatus
obtinue: ex quo tempo-
re nonnihil in regimine com-
muni immutatum, ac quilibet
fratrum pleno jure coepit præ-
se suo territorio: nisi quod Se-
niori in certis negociis mansit
Directorium.

§. XVI. Filii Johannis Erne-
sti, *Wilhelmus Ernestus* anno MD-
CCCLXII. & *Johannes Ernestus* anno
MDCCCLXIV. nati, superiori & præ-
senti anno in hac Salana Acade-
mia studiis præclarum navarunt
operam. Filiae tres sunt, *Anna*
Dorothea, anno MDCCCLVII.
Wilhelmina Christina anno MDCC-
LVIII. *Econora Sophia*, anno MDCC-
LX. natae.

§. XVII. ADOLPHVS VVIL-
HELMVS anno MDCCXXXII. ge-
ni-

ADOLP. VILHELMVS. 89
nitus, Sveci in Dania militans
prælio ad Niburgum in Fionia
captus est. Anno MDCCLXIII.
VVolfserbyti nuptias celebra-
vit cum *Maria Elisabetha*, Augu-
sti Ducis Brunswicensis ac Lu-
neburgensis filia. Nati ex hoc
matrimonio *Carolus Augustus*,
Fridericus Vilhelmus, *Ernestus Au-*
gustus Erdmannus, & *Vilhelmus*
Augustus posthumus, omnes &
singuli decesserunt: & ultimus
quidem anno MDCCLXXI. cum
jam Pater anno MDCCLXVIII. Ise-
naciensis concessisset, relicta vi-
dua, donec eam superiori anno
Albrechtus Saxo-Gothanus du-
ceret, Isenaci degente.

§. XVIII. JOHANNES GE-
ORGIYS natus anno MDCCL-
XXXIV. Principatum Isenacen-
sem sortitus Marksulæ sedem
retinere maluit. Electoris Bran-
denburgici auspiciis in Prussia
militavit. multa fortitudinis
lau-

SUI

90 JOHANNES GEORGIVS.
laude, sagitta etiam venenata a
Tartaris periculose vulneratus.
Ante biennium in Cæsaris exer-
citu Locum tenentis Campi Mare-
schalli dignitate auctus; auxiliis
Saxonis aliisque legionibus
præest, cæloque famoso incen-
diario Brossæo, pluribusque re-
bus in Alsatia fortiter gestis Gal-
lorum irruentium vim ma-
scule sustinuit.

§. XIX. Anno MDCLXI. uxo-
rem duxit *Johannam*, Ernesti
Comitis in Sain & V Vitgen-
stein filiam, Johannis Landgra-
vii Hassiæ in Braubach viduam,
ex qua nati *Fridericus Augustus*
anno MDCLXIII. *Johannes Geor-
gius* anno MDCLXV. *Maximi-
lianus Henricus* & *Johannes Vil-
helmus* gemelli anno MDCLXVI.
quorum prior MDCLXVIII. de-
cessit. *Eleonora Erdmuth Loysa* anno
MDCLXII. *Loysa* anno MDCL-
LXVIII. quæ sequenti anno mor-
tua

tua. *Friderica Elisabetha* anno MDCLXXII. sed brevis ævi. *Ernestus Gustavus* anno MDCLXXII. natus, eodem anno denatus.

§. XX. Denique Serenissimus noster **BERNHARDVS** anno MDCCXXXVIII. natus, anno MDCLXXII. conjugem duxit *Mariam Tremolliam*, *Henrici Ducis Thoarsii* filiam; ex qua suscepti *Wilhelmus* & *Bernhardus* præmatura morte obierunt. Vivunt tamen adhuc, & sub provida Serenissimorum Parentum cura efflorescunt *Johannes Wilhelmus* anno MDCLXXV. & *Charlotta Maria* anno MDCLXIX. nati.

CAPVT V.

DE

LINEA GOTHANA.

§. I. Tantum de Vinariensi linea: nunc ad Gothanam accedimus, cujus caput fuit **ERNESTVS**, *Pis* cognomen adhuc vivus

vivus summo merito suo adeptus. Natus est Altenburgi
 1601. anno MDCCI. xxv. Decembris,
 in vigilia scilicet Nativitatis
 Christi, non sine singularis a-
 moris erga JESVM omnino. An-
 1621. no MDCCXXI. absentibus fratri-
 bus senioribus administravit
 Principatum: alias usque ad im-
 petratam Coburgensem hære-
 ditatem hoc muneris relin-
 quens præsentis majori fratrum.
 Ipse quoque aliquamdiu Sveci-
 cam militiam secutus, egregia
 fortitudinis edidit specimina,
 præsertim in Lüzensi prælio:
 quippe cujus ductu Pappenhei-
 mii imminentes victoribus re-
 centes copiarum repressæ sint, &
 Dux ille ceciderit. Pragensi pa-
 ce subsecuta militarem vitam
 reliquit, & initio fratri V Vil-
 helmo in regimine adstitit.

1638. §. II. Anno MDCCXXXVIII. Co-
 burgum nomine communi re-
 gen.

gendum accepit, donec anno
 MDCLXI. secuta divisione, Go-
 tham sortiretur. Ibidem impe. 1641,
 trata a Cæsare licentia, arcem
 novam, nomine *Grimmenstein*
 in *Fridenstein* mutato, anno MD-
 CLXIII. extruere, & quadrien. 1643.
 nio post incolere, dein eandem
 urbem munire cœpit, & post
 duo incendia ita instauravit, ut
 quam lateritiam invenerit,
 marmoream reliquisse dicere-
 tur.

§. III. Anno MDCLV. a mor. 1645.
 te fratris Alberti medium Isena-
 censem Principatum accepit.
 Anno MDCLVII. Haslo-Cas. 1647.
 sellanam ac Darmstadinam fa-
 milias ob successionem Mar-
 purgensis diu discordes conci-
 liavit: eaqve conciliatio sequen-
 ti anno pace V Vestphalica con-
 firmari meruit.

§. IV. Demum optimus Prin-
 ceps, illustra Pietatis suæ præ-
 mia

inia etiam his in terris per hære-
ditatem Altenburgicam adeptus,
annis, curis & laboribus effæ-
tus, transmissio in humeros filii
majoris Friderici, regiminis o-
nere, mortem, ad quam diu se
paraverat, anno **CICICLXXV.**
1675. invenit.

§. V. Ex *Elisabetha Sophia*, Jo-
hannis Philippi Saxo-Altenbur-
gici Ducis filia, cum qua nupti-
as celebravit Altenburgi anno
CICICXXXVI. octodecim libero-
rum Pater factus est. Suntque hi
seqventes.

I. *Johannes Ernestus* anno **CICIC-**
XXXVIII. Vinariæ natus,
eodem anno denatus.

II. *Elisabetha Dorothea*, anno
CICICXL. Coburgi nata,
annoque **CICICLXVI.** Ludo-
vico Landgravio Hasso-
Darmstatino nupta.

III. *Johannes Ernestus* anno **CIC-**
ICXLI. Gothæ natus, post-
quam

FRIDERICVS ERN. FILIVS. 99

quam multa indolis egregiæ specimina dedisset, & magnam Germaniæ partem peragrasset, añocicicclvii. variolis extinctus est.

IV. *Christianus* cicicicxlvi. Gothæ natus, sed post duas horas mortuus.

V. *Sophia* anno cicicicxliii. Gothæ nata, anno cicicicclvii. sublata.

VI. *Johanna* anno cicicicxlv. Gothæ nata, anno item cicicicclvii. mortua.

VII. FRIDERICVS anno cicicicxlv. Gothæ natus, literisque in paterna aula, hac Salana & Argentinensi Aca-
demis excultus, inde Galliam & Italiam peragravit, semel gravi vitæ periculo in Belgico limite defunctus. Jam ante Patris obitum, ejusdem nomine regimen suscepit, quod ab
illi.

hære-
ptus,
effæ-
s filii
is o-
liu se
xxv.

, Jo-
bur-
upti-
anno
cro-
ve hi

cicic-
atus,

anno
ata,
udo-
allo-

cicic-
post-
viam

96 FRIDERICVS. ALBRECHTVS.
illius excessu gloriose ad-
ministravit. E conjugē
Magdalena Sibylla Augusti
Saxoniae Ducis, Admini-
stratoris Archiepiscopatus
Magdeburgici filia, quam
duxit anno *MDCLXIX.*
anno *MDCLXX.* suscepit
Annam Sophiam, anno *MDCLXXI.*
Magdalenam Sibyllam,
quae anno *MDCLXXII.* Al-
tenburgi iterum obdormi-
vit: anno *MDCLXXIV.* *Doro-
theam Mariam*, anno *MDCLXXV.*
Fridericam, anno *MDCLXXVI.*
Fridericum, & hoc
ipso anno *MDCLXXVII.* *Jo-
hannem Wilhelmum.*

VIII. ALBRECHTVS anno
MDCLXVIII. natus, post
peregrinationes Svecicae
militiae nomen dedit, & le-
gionem duxit. Postquam
ea se abdicavit, *Marie Eli-
sabetha Brunswicensi*, A-
dol,

dolphi V Vilhelmi patrue-
lis viduæ junctus, Salfel-
dium elegit aulæ sedem, u-
bi hoc ipso anno, incunte
Septembri *Ernesto Augusto*
filiolo auctus est.

IX. BERNHARDVS an-
no MDCLXIX. natus, anno
MDCLXXI. uxorem duxit
Mariam Heduvigen, Geor-
gii Landgravii Hasso-
Darmstadini filiam: ex qua
genuit *Ernestum Ludovicum*
anno MDCLXXII. *Bern-*
hardum anno MDCLXXIII. *Jo-*
hannem Ernestum anno MD-
CLXXIV. qui tamen se-
quenti anno decessit. *Ma-*
riam Elisabetham anno MD-
CLXXVI. natam & extin-
ctā. *Johannem Georgium* præ-
senti anno MDCLXXVII.
Sedes Bernhardo lecta Ich-
tershusæ in Thuringia.

X. HENRICVS anno MDCL.

E

na-

98 HENRICVS. CHRISTIANVS.

natus , anno MDCLXXV.
in Electorali Saxonica mi-
litia ad Sinshemium contra
Gallos dimicans illustra
fortitudinis documenta de-
dit. Anno MDCLXXVI.
Marie Elisabethæ, Landgra-
vii Hasso - Darmstadini fi-
liæ junctus , Romhildæ in
Principatu Hennebergico
aulæ sedem fixit.

XI. CHRISTIANVS anno
MDCLIII. natus. Eisenbergæ
lecta sede , superiori anno
in matrimonium adscivit
Christianam Christiani Sa-
xonix Ducis, Episcopatus
Mersburgici Administra-
toris filiam.

XII. *Dorothea Maria* anno MD-
CLIV. nata.

XIII. ERNESTVS anno MD-
CLV. natus , cum fratre
Johanne Ernesto peregrinas
terras inuisit.

XIV.

ERNESTI PII LIBERI. 99

XIV. *Johannes Philippus* anno
CICICLVII. natus, eodem
anno est extinctus.

XV. JOHANNES ERNE-
STVS anno CICICLVIII.
natus.

XVI. *Johanna Elisabetha* anno
CICICLIX. nata, eodem an-
no demortua.

XVII. *Johannes Philippus* anno
CICICLXI. genitus, sequenti
anno sublatus.

XVIII. *Sophia Elisabetha* anno
CICICLXIII. nata, eodem
anno DEO reddita.



E 2

PARS



VS.
CLXXV.
ca mi-
contra
lultria
ata de-
XXVI.
adgra-
lini fi-
dæ in
ergico

anno
bergæ
anno
scivit
ni Sa-
parus
ustra-

o cio-

o cio
fratre
rinas

XIV.

PARS III.

DE PRAESENTI ELECTORALI FAMILIA.

§. I.

EX quo Joh. Frider. I. posteros recensuimus, nunc ad MAURITIVM revertimur.

§. II. Natus is est Patre HENRICO Pio, matre Catharina Meklenburgica, avo ALBERTO Animoso, Ernesti Electoris fratre, qui *Dextra manus Imperii* appellari meruit.

§. III. Et hujus quidem ALBERTI gesta, imprimis pro Friderico III. Imper. ejusque Filio Maximiliano I. illustria fuerunt: ac idcirco Frisiae & Gröningæ gubernatione, quam hæreditario jure, ut Imperii Vicarius accepit, ut & expectativa (uti vocant) Ducatum Juliacensis & Montium, quod privilegium postea Maximilianus ad Ernesti quoque posteros extendit, re-
mu-



ALBERTVS ANIMOSVS; IOI
munerata. Cum Frisiis vero
jugi impatientibus multa ei bel-
la, quibus adhuc durantibus, si-
ve morbo, siue vulnere extin-
ctus obiit Embdæ anno cccc.
Vitam ejus scripsit Michael Bo-
jemus, quam recensuit, & nuper
notis illustravit Cl. Schurtzfl.

§. IV. Ex *Zedena*, seu *Sidonia*,
Georgii Podiebradii Bohemix
Regis filia, præter *Ludovicum*,
Johannem I. & *Johannem II.* im-
mature fato functos, ut & *Ca-
tharinam*, primo Sigismundo Au-
striæ Archiduci, post Erico Se-
niori, Duci Brunsvicensi nu-
ptam, reliquit GEORGIUM &
HENRICUM, itemq; *Fridericum*,
Ordinis Teutonici in Prussia
magistrum anno ccccxx. Rochlicii
mortuum, Misniæq; sepultum.

§. V. GEORGIUS anno cccc-
ccclxxi. natus, prima juven-
ta optimis artibus & literis adeo
excultus est, ut absque interpre-

te cum exteris, quæcunque vellet, Latine loqueretur, ac poene puer commentariolum de rebus a Patre gestis conscriberet. Vivo adhuc Patre, anno cccccxvi. Annæbergam coepit condere: post ejus excessum provincias paternas rexit, sed Frisiam toties rebellem, acceptis ducentis aureorum millibus Carolo V. permisit.

§. VI. Lutheri hostis erat infensissimus, unde nec is ei in scriptis pepercit, *Diaboli* etiam *Apostolum* nuncupans.

1539. §. VII. Mortuus est Dresdæ anno cccccxxxix. Misnæ in sacello, quod sibi & uxori exstruxerat, sepultus: cum paulo ante defuncto Hugone, ultimo Comite Leisnicensi, ejusdem hæreditate patrimonium auxisset: sed, excepta *Christina*, Philippi Hassiæ Landgravii conjuge, liberos omnes, quos ex *Barbara*,
Casi-

Casimiri Poloniae Regis filia suscepit, vivus amississet. Nam *Christophorus* anno *ccccxcvii.* & *Wolfgangus* anno *ccccxcix.* nati sequenti anno obierunt. *Johannes* autem anno *ccccxcix.* genitus, ob simplicitatem vix aptus regimini, ducta *Elisabetha*, *Wilhelmi* medi *Hassiae* Landgravi filia, anno *ccclxxxvii.* obiit. *Fridericus* anno *ccclxiv.* natus, *Elisabethae* Mansfeldicae maritus paulo ante Patrem anno *ccclxxxix.* decessit. *Magdalena*, *Joachimi* Electoris Brandenburgensis conjux anno *ccclxxxiv.* vitam finivit: ut *Annam*, *Margaretam*, & *Agnetem* immaturo fato sublatas taceam.

§. VIII. Sic igitur Georgio successit frater *HENRICVS* anno *ccccclxxiii.* natus. Hic a Frisiis rebellibus *Franckeræ* obsessus, adventante Patre anno



cicio. liberatus, anno cicioxv. in
 venditionem Frisix̄ consensit.
 Anno ciciovi. in Palæstinam, ac
 deinceps in Hispaniam profe-
 ctus, deinde Maximiliano I. mili-
 tavit. Postea in patriam se recipi-
 ens, Freibergæ, Wolckensteinii
 & Mariæbergæ Misnicarum ci-
 vitatum possessione ad obitum
 fratris contentus vixit. Cum æ-
 grotante fratre illius hæreditas
 denunciaretur, si Pontificiam
 religionem amplecteretur, eam
 oblationem diabolicæ Matth. iv.
 v. 9. assimilans, mox fratre de-
 mortuo accepit tamen, & ubi-
 que Evangelicam religionem
 introduxit, factio per B. Luthe-
 rum, (quem dum frater summe
 oderat, ipse impense amabat) a
 Lipsia initio.

1541. §. IX. Anno cicioxli. exspi-
 ravit, & Freibergæ, quod primo
 ibi aulæ sedem habuerat, sepeliri
 voluit. Ex Catharina Magni
 Me-

Meklenburgici Ducis filia, quam
 quadragenarius duxit, quæque
 a mariti excessu prope per vi-
 ginti annos mansit vidua, reli-
 quit MAVRITIVM & AVGV-
 STVM, futuros Saxoniarum Ele-
 ctiores, item *Emiliam*, Georgio
 Marchioni Brandenburgico, *Si-
 byllam* Francisco Duci Saxo-Lau-
 enburgico, *Sidoniam*, Erico Ju-
 niori Duci Brunsvicensi, nuptias.
Severinus filius anno MDCCCXXII.
 natus, cum Ferdinandi I. liberis
 Oeniponte educatus, cum an-
 nos vixisset undecim, anno MD-
 CCCXXIII. vitam deseruit, in Stam-
 fianco cœnobio, ubi postea Au-
 gustus frater cenotaphium ei c-
 rexit, sepultus.

§. X. MAVRITIVS autem is
 est, qui Electoralem dignitatem
 Albertinæ familiæ primus intu-
 lit: quem AVGVSTVS frater,
 CHRISTIANVS I. & II. JO-
 HANNES GEORGIVS I. & II.
 secuti sunt, E s §. XL

v. in
 ensit!
 m, ac
 rofe-
 mili-
 cipi-
 teinii
 m ci-
 itum
 m æ-
 editas
 ciam
 cam
 th. iv.
 e de-
 c ubi-
 onem
 uthe-
 mme
 at) a
 exspi-
 orimo
 peliri
 Magni
 Me-



§. XI. Natus est Mauritius Freibergæ anno cixcxi. & aliquamdiu sub tutela Johannis Friderici Electoris fuit : cui tamen ob Wurtzen oppidum litem movebat in majores motus erupturam, nisi Socer Philippus Hassus composuisset.

1542. §. XII. Anno cixcxlvi. cum militaret in Vngaria adversus Turcas, rara fide ministri Sebastiani Ribisch, alias *Schnauber* dicti, qui humi prostrato incumbibat, ac Turcas vulnera ingredientes demorabatur, donec Melchior a Wangenheim adventaret, servatus est. Ex Vngaria redux Carolo V. contra Gallos pugnantem cum Augusto fratre præsto fuit, nec leve momentum victoriæ ad S. Victorinum partem attulit. Unde & Carolo fuit in deliciis, qui eum filium appellare solitus.

§. XIII. A foedere Smalkaldico,

co, cui Pater fuerat addictus, semper fuit alienus: imo cum bellum illud exarsisset, imperiali diplomate iussus, invasit Johannis Friderici regionem, exceptisque Isenaco, Gotha & Witteberga, universam fere occupavit. Verum ob hoc ab Electore bello petitus, cum istis sua præter Dredam ac Lipsiam amisit omnia. Exstat hujus belli historia diligenter & copiose a multis descripta, cui, ut plus lucis accedat, jungantur Caroli V. itinera singulis diebus anno MDLXVI. & sequenti usque ad inchoata Augustæ anno MDLXVIII. comitia per Nicolaum Mamernum consignata. Victo tamen captoque Electore mutavit fortuna, & non sua modo recuperavit, sed etiam Johanni Friderico erepta eidem a Carolo Cæsare addicebantur. Electoralis dignitas ipsi ad Wittebergam



in villa Blesern iv. Junii anno
 1547. **CICIDXLVII.** collata, sed anno
 proximo in Comitibus Augusta-
 nis xxiv. Februarii ritu solenni
 confirmata fuit.

§. XIV. Quod autem socerum
 Philippum Hassiæ Landgravi-
 um permovisset, ut fidei Cæsa-
 reæ se dederet, hoc contra da-
 tam fidem detento offensus,
 cum interea Magdeburgum In-
 terimisticum librum recipere
 detrectans per quindecim men-
 ses obsidisset, ac demum tolera-
 bilibus pactis sibi adjunxisset,
 facto cum Gallis foedere, anno

1551. **CICIDLII.** movet in Carolum V.
 captaque Augusta ac Ehrenber-
 ga, ubi tamen seditione militari
 agitatus, Cæsarem ut Oeniponte
 fugeret, adegit. Sequenti anno

1552. **CICIDLIII.** pace Passaviensi bellum
 fuit compositum, ac liberatis
 Principibus securitati religionis
 prospectum. Summam pacis
Passa

Passaviensis legas apud Sleidanum *lib. XXIV.* & Chytræum *lib. XVII. Saxonie.*

§. XV. Post illa Mauritius rogatu Ferdinandi Regis cum exercitu in Vngariam movit: ubi cum parum promotum, culpam in Castaldi avaritiam, hic in ipsum contulit Mauritium.

§. XVI. Denique ægerrime ferens, pacem sua potissimum opera partam per Albertum Brandenburgicum, quo cum eo usque vixerat conjunctissime, turbari, diu multumque ad amplectendam pacem frustra cohortatus, quando contumeliosa renunciaret, finitimorum defensionem suscepit, & cum Alberto in dioecesi Hildesheimensi ad Sivershusam pagum peracri pugna congressus, victoriam quidem profligato hoste obtinuit, sed eodem in prælio jam plane

110 MAVRITH MORS.

1553. plane victor, pila in dextro latere non tam ab hoste, quam incerto sicario trajectus, post triduum suis in castris vitam cum morte commutavit xi. Julii anno MDLIII. annos natus xxxii. menses ferme quatuor. Intestina Mauricii Sivershusæ, corpus Freibergæ prope Henricum patrem terræ tradita, insigni monumento ab Augusto fratre ejus memoriæ dedicato. Cum per Lipsiam funus duceretur, orationem habuit Joachimus Camerarius, & in Principis laudem multa locutus, prodigia, quæ mortem antecesserunt, enumerat. Et mirum est, quod sexto mense ante hoc funestum prælium Mauricii statua, quæ in arce Berolinensi inter alias Imperatoris & Electorum posita, tempestatis violentia capite truncata conspecta fuerit, ceteris incolumibus.

§. XVII.

MAVRITII ELOGIVM. III

§. XVII. Princeps erat excelsi animi & profundi, gravis item & magnificus. Neque vero bellica gloria ad obeunda pacis munia segnem reddidit. Nam Wittebergensem Academiam in Septemviratu recens parto conservavit atque instauravit, Lipsiensem auxit & fovit; ac nec dum Elector ludos illustres literarios tres, Misnæ ad Albim, Grimmæ ad Muldam, Portæ ad Salam, reditibus in singulas liberaliter assignatis constituit.

§. XVIII. Ex *Agnete* uxore filiam tantum reliquit unicam *Annam*, Wilhelmo Nassovio Principi Arausionensi nuptam: qui tamen eam repudiavit, & ad patrum remisit, in cujus custodia admodum pie mortua est Dresdæ anno *MDCLXXXII*. *Albertus* filius quatuor mensium infans anno *MDCLXVI*. obiit.

§. XIX.

§. XIX. Quo tempore Mauriti-
 ritius occubuit, frater ejus AV-
 GVSTVS (natus is est Freibergæ
 anno cicixxxii. ac cum Mauri-
 tius, Electoratu potiretur, præ-
 fecturis Wolckensteiniana &
 Weissenfelsensi contentus vi-
 xit) in Dania erat cum uxore a-
 pud Regem socerum: sed pro-
 pter domum reversus, in fidem
 recepit subditos, ea lege, ut sibi
 suisque liberis masculis additi
 sint, & si nulli supersint, in Jo-
 hannis Friderici & filiorum di-
 tionem redeant. Eo facto salu-
 tatur Princeps Elector. At tamen
 Johannes Fridericus Electora-
 tum acerbis verbis reperebat,
 missis etiam ad Cæsarem Jo-
 hanne Wilhelmo filio, & ad Re-
 gem Daniæ legatis. Ceterum
 frustra hic conatus fuit: nisi
 quod Augustus, intercedente
 Rege Daniæ, aliquot præfectu-
 ras redderet,

§. XX.

§. XX. Anno MDLV. solenni 1555.
 conventu Numburgico foedus
 hæreditarium Saxonica, Hassia-
 ca ac Brandenburgensis familia-
 rum renovatum, & Augustanae
 Confessionis conservatio de-
 creta. Eodem anno cum ipse
 Augustus comparere in Comi-
 tiis Augustanis non posset, per
 legatos pacem religiosam urfit
 ac impetravit. Anno MDLVIII. 1558.
 Comitibus Francofurtensibus, qui-
 bus Carolus V. imperio se cede-
 re denunciavit, ipse coram in-
 terfuit, & cum Collegis Ferdi-
 nandum I. jam pridem Ger-
 maniae Regem Imperatorem
 salutavit. Triennio post Ma-
 ximiliano II. ad Patris peti-
 tionem designando Francofurti
 iterum adfuit.

§. XXI. Anno MDLXIV. 1564.
 Numburgensis dioecesis admi-
 nistratio ipsi delata, Collegio
 non adversante; ac sequenti
 anno

- anno Mersburgensem episcopam administrandam suscepit.
1566. Anno MDLXVI. in Comitibus Imperatoriis Augustanis a Maximiliano jam Cæsare Investitura Electoratus & provinciarum præsentis collata. Anno MDLXVII. Gothana executio ei demandata: ob impensas autem in eandem factas quasdam præfecturas (die asscurtreen Aemter) obtinuit.
1571. §. XXII. Anno MDLXXV. Maximilianum Cæsarem cum quatuor filiis Dresdæ excepit, & magnifice tractavit: post Ratisbonam se contulit, cum ibidem Rudolphus II. Maximiliani II. filius Rex Germaniæ foret designandus. Anno MDLXXXII. primis Rudolphi Comitibus cum Anna uxore ac liberis interfuit.
1584. Anno MDLXXXIV. Hennebergici Principatus partem ab obitu ultimi Principis Georgii Ernesti accepit. §. XXIII.

§. XXIII. Sub ipso primū
 Crypto-Calvinianismus perre-
 ptavit in Saxoniam, ac ipse Ele-
 ctor a Friderico Palatino per-
 suasus, primū favit Augusta-
 næ Confessioni variatæ. Ve-
 rum a Wurtembergicis ac Thu-
 ringicis Ecclesiis de heterodoxia
 Lipsiensium ac Wittebergen-
 sium monitus, summo studio ve-
 ritati cognoscendæ incubuit.
 Hinc anno MDCLXXI. Theolo-
 gos Dresdam evocavit, ubi
Consensus Dresdensis confectus. Sed
 cum nec is, nec Torgenses arti-
 culi anno MDCLXXIV. conditi
 heterodoxis deprehendendis
 sufficerent, & tamen his sub-
 scribere detrectarent Wittem-
 bergici, suspecti Calvinismi Li-
 psiam captivi deducti, sed post
 subscriptionem præcipui aut di-
 missi, aut ultro discessere. Caspar
 Peucerus tamen, gener Me-
 lanchthonis, præcipuus harum
 tur-

barum inceptor, ut & Gregorius Cracovius Cancellarius, & Johannes Stœffelius carceri inclusi. Tandem post varios conventus Theologorum, in coenobio Bergensi prope Magdeburgum, *Formula Concordiæ* a sequentibus Theologis, Jacobo Andrea, Andrea Musculo, Christophoro Cornero, Nicolao Selneccero, Martino Chemnicio, Davide Chytræo anno MDCLXXVIII. confecta, & biennio post publicata fuit.

1585. §. XXIV. Anna demum uxore, Christiani III. Daniæ Regis filia 1. Octobris anno MDCLXXXV. amissa, cum jam sexagenarius *Agnetem Heduvigem*, Joachimi Ernesti Principis Anhaltini filiam juvenulam, in cujus gratiam Peucerum tandem liberavit, sibi despondisset, celebratisque magno cum splendore nuptiis mense Januario anni MD-

CL-

CICIDLXXXVI. domum magnifi- 1586:
 ce deduxisset, eodem anno
 mense Februario placide ani-
 mam exhalans, mortalem cum
 immortalis vita commutavit, ac
 Freibergensi tumulo illatus est.

§. XXV. Elogium Augusti
 tale extat apud Reusnerum: Prin-
 cept incomparabilis, Imperii colu-
 mna, flos Europe, Pater patrie, Nu-
 tritius & altor Ecclesie, Musarum
 tutor, religionis purioris vindex, ju-
 stitie & juris assertor. Certe aucto-
 ritas Augusti tanta fuit in Impe-
 rio, ut ferme arbitrium rerum in
 Germania obtineret, ac publice
 aliquando in Comitibus decerne-
 retur, daret operam, ne quid Resp.
 detrimenti caperet. Opes maximas,
 cum pace frueretur, & metalli-
 fodina Freibergenses ubere pro-
 ventu eum bearent, congeffit,
 quæ a morte ejus spe ampliores
 in ærario repertæ. Latina lin-
 gvæ cognitioni ad ceterarum
 ar-

its AVGVSTI LIBERI.

artium notitiam maxime necessaria tantum & temporis tribuit & studii, ut usum illius jam senescens pertinaci diligentia familiarem sibi redderet.

§. XXVI. Ex priore conjugate nati *Johannes Henricus, Alexander, Magnus, Joachimus, Hector, Augustus, Adolphus, Fridericus, Eleonora, Maria, Amalia*, omnes & singuli ætate immatura obierunt. Reliquit autem unicum filium CHRISTIANVM I. ac tres filias, *Elisabetham*, Johanni Casimiro, Palatino ad Rhenum, Friderici III. Electoris filio; *Dorotheam*, Henrico Julio, Duci Brunsvicensi; *Annam*, Johanni Casimiro, Duci Saxonie nuptas.

§. XXVII. CHRISTIANVS I. xxix. Aprilis diem anni cccclxx. habuit natalem. Anno ætatis vigesimo tractandis negociis gravioribus a Patre admotus,

tus,

tus, summiqve Senatus Septem-
viralis Præses renunciatus fuit.
Anno MDLXXII. Augustanis
Comitiis cum Parentibus inter-
fuit. Anno MDLXXVII. unio 1587.
hæreditaria regni Bohemiæ
cum iplo totaqve domo Saxo-
nica repetita.

§. XXIX. Dresdam hic Ele-
ctor splendidis aliquot ædificiis,
ac in primis tantopere celebrato,
ac vere regio opere, Stabulo
exornavit, ac aggeribus altius
eductis, adjectisque turribus
magis in unitam reddidit: Kœ-
nigsteiniam quoque arcem mu-
nivit. Dolendum tamen Cry-
pto - Calvinianos nimium se-
se ipsi insinuasse, ac Orthodo-
xos nonnullos graviter affli-
xisse.

§. XXIX. Martius ipsius a-
nimi vigor tum sese exserere
voluisse visus est, cum ipse &
socii aliquot Duces ac Proceres
Hen-

Henrico IV. Galliae Regi numerosas Germanorum copias, quibus primum ipse praeside constituerat, deinde Christianus Anhaltinus praeficiebatur, in Galliam mitterent. Sed Germanis vix dum Galliae fines attingentibus, Elector immatura morte occumbit mense Septembri anno 1591. MDLXXI. Freibergam ad majorum tumbam delatus.

§. XXX. Ex *Sophia*, Johannis Georgii Electoris Brandenburgici filia genuit CHRISTIANVM II. & JOHANNEM GEORGIVM I. Electores. *Augustus* item anno MDLXXXIX. Episcopatus Numburgensis Administratorem, ducta *Elisabetha*, Henrici Julii Ducis Brunswicensis filia, quae postea Johanni Philippo Saxoniae Duci Altenburgico nupsit, sine liberis mortuum anno MDLXXV. *Sophiam*, Francisci, Pomeraniae Ducis
 con-

FR. WILH. ELECTORATUS ACM. 12E
conjugem. *Dorotheam* Abbatis-
sam Quedlinburgensem anno
CICICXVII. mortuam, *Annam Sa-*
binam & *Elisabetham* in infantia ex-
stinctas.

§. XXXI. Quod autem filii
Electoris annos pubertatis non-
dum egressi, regionem & Ele-
ctoratus administrationem adiit
proximus agnatus FRIDERI-
CUS WILHELMUS, Dux Sa-
xonix, lineæ Altenburgicæ fa-
tor, adjuncto ipsi per Christia-
ni I. testamentum collega Jo-
hanne Georgio Electore inte-
rim anno CICICXVIII. demortuo. 1596
Hic Fridericus Wilhelmus tan-
tum abest, ut mandata de religi-
one & exorcismo a Christiano
proposita amplius urferit, ut
potius exules reduxerit, ac Au-
gustanam Confessionem purio-
tem defenderit. Captus etiam
fuit Nicolaus Crellius Cancellarius,
cujus actio postquam inte-
grum
F grum

1601 grum decennium durasset, sæpius in aula Cæsarea lecta, ac relecta, anno **CICICICI**. capite truncatus fuit: non tamen tam religionis, quam aliarum rerum novarum ergo. Monumentum eo loci, ubi plexus, tum tale positum. **A. DEO. PRO. JUSTITIA. CHRISTIANUS. II. DEI. GRATIA. DUX. ET. ELECTOR. SAXON. SUPPLICIO. DE. HOSTE. PACIS. ET. QUIETIS, PUBLICÆ. TURBATORE. SECUNDUM. LEGES. SUMTO. PATRIÆ. PATRE. ET. CÆSARE. JUSTE. VINDICANTE. IN. POENÆ. MEMORIAM. AUDACIÆQUE, TERROREM. SCELERATIS. IN. EXEMPLUM.**

§. XXXII. Completo autem, auno ætatis octavo decimo (quod factum laudato anno **CICICICI**.) **CHRISTIANUS II,** anno **CICICICLXXIII**. natus, annoque **CICICXCII**.

MDXCII. Administrator Episcopatus Misnensis renunciatus, gubernationem ipso die natali XXIII. Septembris aggressus est. Seqventi anno nuptias celebravit cum *Hedwige*, Friderici II. Daniæ Regis filia, Christiani IV. sore. Anno MDXCVII. cum ¹⁶⁰⁷ Johanne Georgio fratre Pragæ ad Rudolphum Cæsarem profectus, honorifice ab eodem fuit habitus.

§. XXXIII. Anno MDXCI. feudum Juliacensis Ducatus ac ¹⁶¹⁰ conditionum adhærentium cum titulo usitato ac consuetis insignibus, suo fratrumq; & agnatorum Principum nomine a Rudolpho Imperatore in arce Pragensi recepit XXVII. Junii. Neque tamen hæctenus Saxonix Ducibus adire licuit hæreditatem, quod Elector Brandenburgicus, & Palatinus Neoburgensis eandem sibi vendicarent. Jura tamen,

Saxonica Domus ostendit præceteris scriptum, cui titulus: Wiederholte Deduction, des Chur- und Fürstl. Hauses Sachsen erlangten Rechts an denen Fürstenthümern Jülich Cleve und Berg. samt einer Wiederlegung aller vermeinten Einwürffe. Videatur etiam Strauchii *Dissertat. Exotico. X. 6. XI. seqq.*

1611 §. XXXIV. Anno CIOICXXI. conventus Electorum Mülhusii indicebatur. Ad eundem profecturus Elector morte repentina, sed placida confopitus obiit xxiii. Junii, nullis relictis liberis. Corpus mausoleo gentilitio Freibergæ illatum.

§. XXXV. Successit igitur fratri JOHANNES GEORGIVS I. anno CIOICLXXV. in arce Dresdeni natus. Hujus regimen, in primis illustre suppetus Ferdinando II. Cæsari in turbis Bohemicis præstitis; discordia cum

cum Cæsare, præsertim ob restitutionem bonorum Ecclesiasticorum; conventu Lipsiensi eundemque secuto foedere Svecico, ac bello in Cæsarem; Pragensi pace, damno idcirco a Svecis accepto; ac demum rebus per pacem Osnabrugensem compositis.

§. XXXVI. Quod ad suppetias Ferdinando Cæsari latas attingit, res ita se habet. Cum imperante Matthia, ac successore Ferdinando II. Germania duabus factionibus distraheretur, Liga nimirum, ac Unione; & huic non pauci Protestantium darent nomen, cum Unione facere noluit Saxoniae Elector, multo minus turbis Bohemicis se immiscuit, sed potius Bohemos, ut Cæsari obedirent, Fridericum Electorem Palatinum, ne sceptrum reciperet, graviter monuit. Hoc cum nihil proficeret,

præ
alus:
des
Sachs
enen
e und
ngals
Vide-
at. E-

DCXI.
husii
pro-
enti-
obiit
beris.
Frei-

tur,
GIVS
Dres-
men,
Ferdi-
s Bo-
rdia,
cum

1619 in conventu Electorum Müllhu-
 sino anno cidiocxix. decretum,
 ut Cæsar omnibus modis juva-
 retur, frustra Mauritio Hassiæ
 Landgravio Electorem per lite-
 ras deterrente. Recepta igitur
 a Cæsare & reliquis Electori-
 bus Pontificiis Augustanæ Con-
 fessionis nova securitate, movit
 in Lusatiam, in qua occupatam
 Budissinam multæ arces secu-
 tæ. Ac postea Lusatia in præmi-
 um navatæ operæ, ac veterum
 novorumque debitorum com-
 pensationem Domui Electorali
 Saxonicæ concessa fuit. Post-
 quam vero in Albo monte ad
 Pragam victi cum Palatino Bo-
 hemi, Saxoni se Silesia dedidit,
 quo deprecante, soluta medio-
 cri mulcta, gratiæ Cæsaris resti-
 tuta est: cum Johanne Georgio
 Jegerndorffiensi Marchione
 Brandenburgico tamen armis a-
 gendum, quibus item Silesia e-
 jectus fuit. §. XXXVII.

XXXVII. Discordiæ Electo-
rem inter & Cæsarem causæ fue-
runt variæ. Et primo quidem
illum graviter afficiebat severa
religionis per Bohemiam refor-
matio, deinde Palatini Electora-
tus in Maximilianum Bavarum
translatio. Et serius quidem
illi consensit, permotus in pri-
mum studio Ludovici Land-
gravii Hasso-Darmstadini: tan-
demque receptio in Electorale
Collegium conventu Schleusin-
gensi anno MDCCXXIV. firmata. 1624.
Ac tum Cæsar Fridericum &
Wilhelmum Saxonæ Duces, &
Christianum Anhaltinum cu-
stodia Neostadiensi solutos Ele-
ctori remisit. Sed in primis mor-
debat Electorem edictum Fer-
dinandi de restitutione bono-
rum Ecclesiasticorum post pa-
cem Passaviensem a Protestan-
tibus occupatorum: quo haut
obscurè petebantur Numbur-

gensis, Misnensis & Mersburgensis Episcopatus, qui diu in Electorum Saxoniae manibus fuerant. Huc accedebat controversia de Archiepiscopatu Magdeburgico, ad quem post proscriptum Christianum Wilhelmum, Augustus Electoris filius postulabatur, excluso Leopoldo Wilhelmo Cæsaris filio, cui eum Pontifex addixerat. Pupugit etiam Electorem, quod Augustæ exercitium religionis Evangelicæ ante Pacem religiosam introductum abrogaretur. Præ ceteris quoque ægre tulit, cum a Pontificiis Scriptoribus editis vulgo libellis ostendi intelligeret, longe deflexisse a veteri Augustana Confessione eos, qui hodie professione illius gloriantur. Itaque convocatis Lipsiam primariis Theologis, adversus hanc calumniam iussit Apologiam evulgari, qua luculen-

lenter probabat, se aliosque Principes atque Ordines Protestantes in primæva Confessione Carolo V. anno *MDXXX*. oblata, ac dein Comitibus Augustanis anni *MDLV*. decreto publico admiffa, adhuc intemerate persistere.

XXXIIX. Ratisbonæ interim Comitibus Ferdinandus Cæsar celebrabat. Sed Saxo & Brandeburgensis Electores eo vocati rescripsere, non suppetere sibi impensas ad conventum pro dignitate obeundum, propter gravissimas exactiones militares. Per legatos autem sollicitè agebant vel de abrogando, vel de differendo restitutionis edicto. Ea spes quando decollaret, Elector Status Evangelicos evocat Lipsiam anno *MDXXX*. Quo 1630. conventu de transactione cum Pontificiis, & si ea non succederet, defensione deliberatum, de-

cretumq; , ut tuendis suis quisque militem scriberet. Quamvis autem Rex Sveciæ legatis ad conventum missis societatem armorum adversus Cæsarem flagitaret, nihil tamen tum impetrari potuit: cum Elector ita se gereret, ut se & amicum Regis, nec hostem Cæsaris profiteretur. Omnem interea lapidem movebat Cæsar, ut decreta Lipsiensia interverteret, mandatis hoc nomine ad singulos Status datis, Germania quoque superiori vi ad renunciandum foederi compulsa. Neque tamen prius in Cæsarem quicquam tentavit Saxo, quam Tilius post excidium Magdeburgense, Misniam irrumpens, Mersburgo ac Lipsia potiretur. Tum Elector palam ad Regis Sveciæ societatem transit, misso Arnheimio, qui foedus sanciret. Itaque castris Svecicis sua junxit ac paulo post

post ad Lipsiam committitur
 praelium, quo licet Sa-
 xonum acies sinistrum cornu
 ducens non modicam acciperet
 cladem, victus tamen demum
 fugatusque Tillius, ac post vi-
 ctoriam recepta Lipsia. Hinc
 Elector victoriam profecutus,
 per Misniam Lusatiamque in
 Bohemiam nullo prohibente
 penetrat, captoque Leutomeri-
 cio, aliisque minoribus oppidis,
 regni caput Pragam (ubi ma-
 gnatum supplicio affectorum
 capita honorifice fecit sepeliri)
 ac dein Egram, sine certamine
 interceptit. Budovicium tamen,
 quod Balthasar Marradius ma-
 scule defendebat, victoris siste-
 bat impetum. Gesta haec sunt
 anno ciciocxxxi.

1631.

Sequenti anno Wallenstei
 1632.
 nius ad supremum Ducatum
 militarem, quo exauctoratus
 non ita pridem, iterum erectus,

F 6

Pra-



Pragam, Leutomericiam, Egram, aliaque deinceps loca in potestatem redegit. Inde cum potissima armorum mole, praemisso Galassio, ducit in Saxoniam: cui Rex Sveciae festinatis Johannis Georgii literis evocatus, in subsidium properat, cum Gallassius intercepta Chemnitio, ac dein Holckæ junctus, occupata Freiberga, Wallensteinio viam in Misniam aperuisset. Vbi conjunctis castris, adjunctoque sibi insuper Pappenheimio, Lipsiam, dein Hallam expugnat. Commissum mox nobilissimum ad Lüzam praelium, quo Rex Gustavus victor, & a Cæsareanis partibus Pappenheimius eecidere. Non multo post Axelius Oxenstierna Heilbronnæ arctius cum Protestantibus conjungit foedus, in quod non consentit Saxoniae Elector, cui potentia Svecica in tantum subla-
ta

ta indies magis suspecta redde-
 batur: ac tota ferme æstate an-
 ni ciciocxxxiii. cum Wallen- 1633.
 steinio de pace egit, interprete
 potissimum Arnheimio. Quid
 tandem tractatum, aut qua de
 causa prope ad exitum perducta
 res, repente demum eversa sit,
 pro studio partium a Scriptori-
 bus varie traditur. Adulto igi-
 tur autumnno, præmisso Holcka
 & Gallasio, irruptionem in Sa-
 xoniam simulat Wallensteinius:
 sed mox converso itinere, cum
 jam Arnheimius potiozem exer-
 citus partem e Silesia duxisset in
 Saxoniam, relicto apud Stena-
 viam Turriano Comite, Taupa-
 delioque, hos ex improvise ad-
 oritur, & repente circumventos
 sine ullo certamine ad deditio-
 nem cogit. Ea victoria omnem
 Silesiam Wallensteinio aperuit.
 Görlicium & Goldberga vi ex-
 pugnatæ, Glogovia aliaque de-

ditione capta. Holcka interim
in Misniam præmissus, inter ce-
tera Lipsiam subito adventu
oppresserat, ubi haud diu post
peste extinctus est.

1634.

Secuta anno *MDCCCXXXIV.* cæ-
des Wallensteinii, cui successus
Ferdinandus III. ad Electorem
legatos misit, qui de pace age-
rent. At Elector, etsi in foedus
Svevicum, de quo tum Franco-
furti, tum alibi agebatur, non
consentiret; tamen ut rerum
suarum satageret, in Lusatiam
irrupit, præmisso Friderico
Duce Saxo-Altenburgico, quem
mox Arnheimius, & deinde E-
lector ipse cum robore exerci-
tus sequebantur. Budissina
nobilis Lusatiae urbs petebatur,
quam Goltzius Cæsareanus tri-
bunus, dum suburbium incen-
dit, totam in flammis redigit:
ac ita rudera civitatis decita.
Görlicio ac ceteris Lusatiae op-
pidis

pidis receptis, Elector Dresdani
 repetit, Arnheimio in Silesiam
 dimisso: qui primo adventu fu-
 sis ad Lignitium Cæsareanis,
 deinde Glogoviam majorem
 post brevem obsidionem capit.
 Praga tum quidem a Saxonibus
 & Svecis tentabatur, sed a Lam-
 bojo & Colloredio Cæsareis
 Ducibus ab obsidione pulsi, ac
 Bohemia omni ejecti sunt.

§. XXXIX. Sequitur annus
 c1635. Pragensi pace me- 1635
 morabilis. Postquam enim
 Leutomericii primum, dein
 Pirnæ studiosis tractatibus a-
 ctum, Pragæ demum in has
 præcipue conditiones pax con-
 clusa est: ut bona Ecclesiastica
 mediata ante pacem Passavien-
 sem occupata salva semper ma-
 nerent Protestantibus; imme-
 diata vero ante & post transa-
 ctionem Passaviensem occupa-
 ta, quotquot anno c1637.

xii. Novembris possederunt, ad quadraginta annos quiete retinerent, ablata vero a Catholicis restituerentur: Archiepiscopatus Magdeburgicus maneret Augusto Electoris filio, qui quotannis Christiano Wilhelmo Marchioni Brandenburgensi solveret duodecim Imperialium millia: exterarum nationum hostiles exercitus, maxime Svecicus conjunctis viribus ex Imperio amoverentur. Quamvis autem Elector Saxoniae etiam cum Oxenstierna & Bannerio de pacis conditionibus diligenter tractaret, fata tamen aliud volebant, & Sveci a communi Protestantium causa exclusi, multo magis ad instauranda arma incubuere, magnisque damnis terras Electorales affecere. De quibus nunc dicemus.

§. XL. Sub initium anni
cio-

MDCCCXXXVI. Sveci Pragensi pace 1636,
 irritati multo crudelius, quam
 unquam alibi, ditiones Saxoni-
 cas invadunt, occupato muni-
 mento Werbeniano, dein urbi-
 bus vicisque ad Havelam & Sa-
 lam misere expilatis. Melchior
 tamen Hatzfeldius Saxoni a Cæ-
 sare auxilio missus hostem re-
 pressit: Magdeburgum etiam
 acri obsidione aliquamdiu con-
 strictum in potestatem Saxonis
 pervenit. At paulo post Ban-
 nerius Saxonicos apud Wit-
 stockium affecutus, gravi clade
 profligat, & Werbenam usque
 compellit, relictis omnibus retro
 impedimentis, ac rerum milita-
 rium apparatu.

Anno MDCCCXXXVII. Banne- 1637.
 rius oppressis aliquot Saxonis
 legionibus, Torgam subita vi
 expugnat, Lipsiæ tamen obsi-
 dionem, adventantibus Saxone
 & Hatzfeldio, solvere coactus,
 Torgam

Torgam recedit, ac inde etiam
cum clade expellitur, itemque
Halla recipitur, Svecis in Pome-
raniam usque rejectis.

1639. Anno ciciocxxxix. Bannerius
firmata cum Saxoniae inferio-
ris circulo neutralitate, in supe-
riorem Saxoniam ducit, Naum-
burgum, Weissenfelsam, Cizam,
Eulemburgum, Grimmam, Al-
tenburgum, Zwickaviam,
Chemnicium, ac multa alia mi-
nora oppida in potestatem redi-
git. Sed in Misniam porro pro-
gressus, a Freibergæ obsidione,
fortiter inprimis se agentibus
metallifossoribus, cum non mo-
dica suorum clade repellitur.
Brevi tamen hanc vindicavit
ignominiam, cæso apud Chem-
nicium Marazinio, Cæsareano
Duce. Freiberga tamen frustra
iterum tentata, Pirnam occupa-
re instituit, qua arce excepta,
potitus movet in Bohemiam.

Inde

Inde anno MDCCXL. in Mis- 1640
 niam se recipit, unde ab Ar-
 chiduce Leopoldo repulsus in
 Thuringiam Erfurtum usque
 recessit.

Anno MDCCXLI. Bannerius per 1641.
 Thuringiam Misniamque in
 Palatinatum superiorem ad dis-
 turbanda Comitata Ratisbonen-
 sia contendit; sed Schlangio
 cum flore equitatus Svecici
 circumvento, summa celeritate
 in Bohemiam, atque inde in
 Misniam se proripuit. Eo-
 dem anno Elector cum Cæsa-
 reanis aliquot legionibus Gör-
 licium post acerrimam oppu-
 gnationem ad deditonem com-
 pulit.

Anno MDCCXLII. Torstenloh- 1642.
 nius Bannerii successor repente
 decursa Saxonia, in Lusatiam, ac
 dein Silesiam prorupit. Porro
 omni Moravia Silesiaque ho-
 stiliter direptis, in Saxoniam di-
 gre-

etiam
 nque
 omne-
 rius
 ferio-
 supe-
 aum-
 izam,
 o, Al-
 iam,
 a mi-
 redi-
 pro-
 one,
 tibus
 a mo-
 llitur.
 icavit
 chem-
 reano
 frustra
 cupa-
 cepta,
 iam.
 Inde



greditur, Lipsiamq; cum omni exercitu circumfidet. Igitur Archi-Dux Leopoldus & Piccolomineus Electori in auxilium properant: quibus, omiſſa Lipſia, Torſtenſohnius obviã procedens, parta memorabili victoria, ad obſidionem Lipſiæ reverſus eandem occupavit: ſed victoriae fructum Freibergæ obſidione irrita amiſit.

1645. Tandem anno cıııcxlv. Elector Saxoniae cum Torſtenſohnio ſemestres primum, ac dein longiores inducias compoſuit, eo pacto, ne quid contra fidem Cæſari (quem tribus legionibus juvare fas eſſet) atqve Imperio datam admittere cogeretur; Sveci contra in provincias Electoris nihil hoſtile molirentur, atqve ex omnibus locis occupatis, præterquam Lipſia, decederent.

1648. §. XLI. Anno deniqve cıııcxlviii.

XLVIII. conclusa pace Germanica, Electori Saxoniae quatuor dynastiæ, seu præfecturæ, Querfurt, Juterbock, Damm & Burg in perpetuum confirmatæ sunt, sic quidem, ut quæ illarum nomine hæctenus ad imperii & Circuli collectas ab Archiepiscopo Magdeburgensi contributa, ab Electore in posterum exsolvantur.

§. XLII. Anno MDCLVI. VIII. ¹⁶⁵⁶
 Octobris decessit Johannes Georgius I. anno ætatis LXXV. postquam Vicariatum Imperii bis, post Rudolphi scilicet & Matthiæ obitum administrasset, ac Jubilæum restitutæ lucis Evangelicæ anno MDCCXVII. Augustanæ Confessionis traditæ, anno MDCCXXX. Pacis religiosæ anno MDCLV. celebrasset. Exulibus Bohemis multum gratiæ præstitit, iisdemque Dresdæ novam civitatem à suo nomine,

142 JOH. GEORGII I. LIBERI.
nuncupatam ut incolerent concessit.

§. XLI I. Vxor prima *Sibylla Elisabetha*, Friderici Ducis Württembergici filia, improlis obiit anno *MDCCXI*. Ex altera *Magdalena Sibylla*, Alberti Friderici, Marchionis Brandenburgensis filia, cum qua ultra XL. annos concorditer vixit, quæque tertio ab obitu mariti anno defuncta, præter *Christianum Albertum*, & *Henricum* anno *MDCCXII*. extinctos, genuit JOHANNEM GEORGIVM II. successorem, AVGVSTVM, CHRISTIANVM & MAVRITIVM: item *Sophiam Eleonoram* anno *MDCCIX*. natam, Georgii Langravii Hassiæ conjugem, *Mariam Elisabetham* anno *MDCCX*. natam, Friderico Holfatiæ Dnci nuptam: *Magdalenam Sibyllam* anno *MDCCXVI*. natam, primo Christiani V. Daniæ Principis, postea Friderici Wilhelmi

JOHANNES GEORGIUS II. 143
helmi, Ducis Saxo-Altenburgi-
ci conjugem.

§. XLIV De singulis Johan-
nis Georgii I. filiis seorsim dice-
mus. JOHANNES GEOR-
GIUS II. anno c1010cxii. natus,
præter Electoralem dignitatem,
& terras ad Electoratum spe-
ctantes, itemque Burggraviatum
Magdeburgicum, ex testamento
paterno accepit Circulos Misni-
cum, inclusis Episcopatibus
Misnensi & Wurzenfi, Lipsien-
sem & Metallimontanum) (Erz-
gebürgischen Kreis) itemque Mar-
chionatum Lusatia superioris,
cum sequestratione Mansfeldica,
& advocatia Quedlinburgensi.

Anno c1010cxxxviii. cum Pa-
tre ad Ferdinandum III. Leuto-
mericii inuisit, eodemque anno
uxorem duxit *Magdalenam Sibyl-
lam*, Christiani Marchionis Bran-
denburgensis Baruthini fi-
liam.

Anno

1657 144 JOH. GERGIUS I.

Anno MDCLVII. ab excessu
Ferdinandi III. Vicariatum Im-
perii gessit, & Leopoldi Cæsaris
electioni, ac porro Comitibus Fran-
cofurtensibus anno MDCLXIII,
interfuit.

F I N I S.



1673. Anno MDCLXXIII. una cum filio
et fratre Mauritio Leopoldum Cæ-
sarem Egree visitavit, eidem auxi-
lio contra Gallos aliquot legiones mi-
sit: quæ licet ad Sinsheimium a Tu-
renne clade affectæ, singularis
tamen virtutis specimina dedere.
Anno MDCLXXVII. nata est Sibyl-
la Charia, quæ sequenti anno
decessit. Anno MDCLXXIX na-
ta est Edmuth Sophia quæ an-
no MDLXXXII. nupsit Christiano
Ernesto, Marchioni Brandenburgensi,
ac anno MDCLXXXIII. Ba-
ruthi obiit. Anno MDCLXXVII.
natus est Johannes Geor-
gius

excessu
m Im-
Cæsaris
s Fran-
CLXIII,

Sum filio
rum Cæ-
sarum auxi-
liones mu-
num a Ju-
laris
dederunt
et Sibyl-
anno
ix na-
a an-
stiano
entur-
x Ba-
xvii.
et
quid



9/c 7417

ULB Halle

3

004 977 602



7417

9/c



